



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### **Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



Это цифровая копия книги, хранящейся для потомков на библиотечных полках, прежде чем ее отсканировали сотрудники компании Google в рамках проекта, цель которого - сделать книги со всего мира доступными через Интернет.

Прошло достаточно много времени для того, чтобы срок действия авторских прав на эту книгу истек, и она перешла в свободный доступ. Книга переходит в свободный доступ, если на нее не были отданы авторские права или срок действия авторских прав истек. Переход книги в свободный доступ в разных странах осуществляется по-разному. Книги, перешедшие в свободный доступ, это наш ключ к прошлому, к богатствам истории и культуры, а также к знаниям, которые часто трудно найти.

В этом файле сохранятся все пометки, примечания и другие записи, существующие в оригинальном издании, как минимум о том долгом пути, который книга прошла от издателя до библиотеки и в конечном итоге до Вас.

### **Правила использования**

Компания Google гордится тем, что сотрудничает с библиотеками, чтобы перевести книги, перешедшие в свободный доступ, в цифровой формат и сделать их широкодоступными. Книги, перешедшие в свободный доступ, принадлежат обществу, а мы лишь хранители этого достояния. Тем не менее, эти книги достаточно дорого стоят, поэтому, чтобы и в дальнейшем предоставлять этот ресурс, мы предприняли некоторые действия, предотвращающие коммерческое использование книг, в том числе установив технические ограничения на автоматические запросы.

Мы также просим Вас о следующем.

- Не используйте файлы в коммерческих целях.  
Мы разработали программу Поиск книг Google для всех пользователей, поэтому используйте эти файлы только в личных, некоммерческих целях.
- Не отправляйте автоматические запросы.  
Не отправляйте в систему Google автоматические запросы любого вида. Если Вы занимаетесь изучением систем машинного перевода, оптического распознавания символов или других областей, где доступ к большому количеству текста может оказаться полезным, свяжитесь с нами. Для этих целей мы рекомендуем использовать материалы, перешедшие в свободный доступ.
- Не удаляйте атрибуты Google.  
В каждом файле есть "водяной знак" Google. Он позволяет пользователям узнать об этом проекте и помогает им найти дополнительные материалы при помощи программы Поиск книг Google. Не удаляйте его.
- Делайте это законно.  
Независимо от того, что Вы используете, не забудьте проверить законность своих действий, за которые Вы несете полную ответственность. Не думайте, что если книга перешла в свободный доступ в США, то ее на этом основании могут использовать читатели из других стран. Условия для перехода книги в свободный доступ в разных странах различны, поэтому нет единых правил, позволяющих определить, можно ли в определенном случае использовать определенную книгу. Не думайте, что если книга появилась в Поиске книг Google, то ее можно использовать как угодно и где угодно. Наказание за нарушение авторских прав может быть очень серьезным.

### **О программе Поиск книг Google**

Миссия Google состоит в том, чтобы организовать мировую информацию и сделать ее всесторонне доступной и полезной. Программа Поиск книг Google помогает пользователям найти книги со всего мира, а авторам и издателям - новых читателей. Полнотекстовый поиск по этой книге можно выполнить на странице <http://books.google.com/>

H. eccl.

23

-2-

H. Eccl. 23 n 8°

-2

Stk 11

**<36635980870011**

**<36635980870011**

**Bayer. Staatsbibliothek**



# АКТЫ И ГРАМОТЫ

О

УСТРОЙСТВЪ И УПРАВЛЕНІИ

## РИМСКО-КАТОЛИЧЕСКОЙ ЦЕРКВИ

ВЪ

### ИМПЕРІИ РОССІЙСКОЙ

И

### ЦАРСТВЪ ПОЛЬСКОМЪ.

---

Въ Типографіи Второго Отдѣленія Собственной  
Его Императорскаго Величества  
Канцеляріи.

==  
1849.

BIBLIOTHECA  
REGIA  
MONACENSIS.



## ОГЛАВЛЕНІЕ.

	Стран.
I Акты и Грамоты Нунція Кардинала <i>Аркетти</i> . . .	1—53.
II Акты и Грамоты Нунція Кардинала <i>Литты</i> . . .	57—121.
III Булла Папы <i>Пія VI</i> объ утвержденіи Актовъ и Грамотъ Нунція Кардинала <i>Литты</i> . . . . .	125—133.
IV Буллы Папы <i>Пія VII</i> . . . . .	137—184.
V Посланіе Папы <i>Григорія XVI</i> . . . . .	187—190.
VI Договоръ <sup>22 Іюля</sup> <sub>3 Августа</sub> 1847 г. . . . .	193—207.
VII <i>Именной Высочайшій указъ</i> о разграниченіи Епархій	211—212.
VIII Булла Папы <i>Пія IX</i> . . . . .	213—240.



**I.**

**АКТЫ и ГРАМОТЫ**

**КУНЦІЯ КАРДИНАЛА**

**АРКЕТТИ.**



# 1.

## *Актъ объ учрежденіи въ Могилевъ Архіепископской Церкви Римскаго Исповданія.*

Joannes Andreas Archetti, ex Marchionibus Formigarie, Dei et Apostolicæ sedis gratia Archiepiscopus Chalcedonensis, Pontificio solio assistens, Sanctissimi Domini Nostri Pii, Divina providentia Papæ VI. Praelatus domesticus, ejusque et Sanctæ sedis Apostolicæ apud Augustissimam et Potentissimam Catharinam II totius Russiæ Imperatricem Orator Apostolicus.

Pastoralis sollicitudo, qua Sanctissimus Dominus Noster Pius Papæ VI. spiritualibus Christiani fidelium necessitatibus prospicit, in id præsertim suæ vigilantia direxit intuitum, ut Catholici

Юаннъ Андрей Аркетти изъ Маркизовъ Формигарскихъ, Божію и Апостолическою милостію Архіепископъ Халкедонскій, присутствующій Папскому Престолу Святѣйшаго Государя нашего Пія Божіимъ промысломъ Папы VI, домовый Прелатъ и Его и Святаго Апостолическаго Престола при Августѣйшей и Державнѣйшей Екатеринѣ Второй Императрицѣ Всероссийской Апостолическій Посоль.

Пастырское попеченіе Святѣйшаго Государя нашего Пія Папы VI, пекущагося о духовныхъ дѣлахъ, въ коихъ имѣють нужду вѣрующіе во Христа, обратило къ тому наипаче неу-

gregis partem Latini ritus in vastissimo imperio Rossiaco existentem de Catholici Episcopi opera et solatio provideret: Nobis itaque idem Sanctissimus Dominus Noster præcepit, ut tantisper intermisso nuncii Apostolici munere, quo Varsaviæ fungebamur, ad hanc præclaram civitatem Imperiali residentia decoratam accederemus, et Augustissimæ ac Potentissimæ Catharinæ II, totius Russiæ Imperatrici, Apostolicas litteras redderemus, quibus Nobis collatum Apostolici oratoris munus, ac insuper data Nobis facultas unam erigendi Archiepiscopalem ecclesiam in civitate Mohiloviæ pro Latinis, destinandi Archiepiscopum cum honore Archiepiscopalis Pallii, ac deputandi eidem Coadjutorem, enunciabantur. Harum autem litterarum, quas jam ea, qua par erat, reverentia reddidimus, tenor est sequens:

«Pius Papa VI. Serenissima, Potentissima ac Magna Domina Imperatrix, et Magna Ducissa univ ersæ Magnæ, Parvæ et Albæ Russiæ Autocratrix, nec non Magnorum

сыпное его вниманіе, дабы для паствы Католическаго Римскаго исповѣданія, обитающей въ пространѣйшей Россійской Имперіи, опредѣлить тщательнаго и рачительнаго Католическаго Пастыря. И потому Онъ Святѣйшій Государь нашъ повелѣлъ намъ, оставивъ на время должность Апостолическаго Нунція, которую мы отправляемъ въ Варшавѣ, прибыть въ сей преславный Столичный Императорскій градъ, и поднести Августѣйшей и Державнѣйшей Еятевянъ Второѣ Императрицѣ Всероссійской Апостолическую грамоту, кою дасть намъ характеръ Апостолическаго Посла и полномочіе учредить въ городѣ Могилевѣ Архіепископскую церковь для Католиковъ, опредѣлить Архіепископа съ достоинствомъ ея Архіепископскаго Палліума и назначить ему Кoadjutора. Содержаніе сей грамоты, врученной нами съ должнымъ почтеніемъ, есть слѣдующее:

«Папа Пій VI. Пресвятѣйшая Державнѣйшая и Великая Государыня Императрица и Великая Княгиня всей Великія, Малыя и Бѣлыя Россіи Самодержица, и

Dominiorum Orientalium et Occi-  
 dentalium Patrona, Augusta que  
 Haeres, Domina et Dominatrix!  
 Magnopere gratum Nobis accidit  
 ex Augustissimæ Majestatis Tuæ  
 litteris die prima Martii datis  
 intelligere, Te libenter exceptu-  
 ram esse Pontificium oratorem,  
 quem isthuc ad Imperialem Tuam  
 aulam legassemus; qui nimirum  
 spectator egregii patrocini Tui  
 in eos, qui in Tui Imperii ditio-  
 Romanæ adhærent ecclesiæ, nec  
 non et testis esse possit humanis-  
 simæ in Nos, ac perhonorificæ  
 Tuæ voluntatis. Propterea tam  
 amplis animi Tui significationibus  
 pari atque eximio respondere  
 studio cupientes, nihil potius No-  
 bis agendum duximus, quam ut  
 Nostrum ad Majestatem Tuam  
 oratorem mitteremus. Proinde ad  
 id munus deligimus venerabilem  
 fratrem Johannem Andream, Ar-  
 chiefiscopum Chalcedonensem,  
 Pontificium apud Illustrem Polo-  
 niæ Regem et inclytam illam  
 Rempublicam nuncium, virum  
 sane præter generis splendorem,  
 aliasque animi dotes, præcipua  
 prudentiæ, doctrinæ integritatis-  
 que laude spectatum, Nobisque  
 peracceptum, qui, cum in ista  
 locorum propinquitatesit, cele-

Великихъ восточныхъ и запад-  
 ныхъ Государствъ Покровитель-  
 ница и Августѣйшая Наслѣдни-  
 ца, Государыня и Обладатель-  
 ница. Весьма пріятно было намъ  
 уемотрѣть изъ грамоты Авгу-  
 стѣйшаго Твоего Величества  
 отъ перваго дня Марта, что Ты  
 охотно приѣмешь Священнаго  
 Посла нами къ Императорскому  
 Твоему Двору отправляемаго,  
 который бы сирѣчь зрителемъ  
 изящнаго Твоего покровитель-  
 ства къ прилѣбляющимся въ  
 области Твоей Имперіи къ Рим-  
 ской Церкви и свидѣтелемъ могъ  
 быть челоуѣколюбивѣйшей къ  
 намъ и престоличной Твоей волн.  
 Для того толь великимъ сердца  
 Твоего изъявленіемъ, равнымъ  
 и превосходнымъ отвѣтствовать  
 усердіемъ желая, ничто паче  
 намъ творить за долгъ сочли  
 мы, какъ нашего къ Величеству  
 Твоему Посла отправить. По-  
 чему въ таковой санъ изби-  
 раемъ почтеннаго Брата Іоанна,  
 Андрея, Халкедонскаго Архіе-  
 пископа, Священнаго при Сія-  
 тельномъ Королѣ и славной Рѣ-  
 чи Посполитой Польскихъ, Ну-  
 ція мужа безъ сомнѣнія, ок-  
 ромъ знаменитости породы и  
 иныхъ душевныхъ даровъ, от-

rius poterit ad Imperialem Tuam urbem pervenire, ibique quam primum gravissima suscipere apud Te agenda, quæ ipsi committimus, negotia. In quo profectò illud idem spectavimus, imitarique volumus, quod antea gloriosus egrat Prædecessor Noster Sanctus Pius V, cujus nomen gerimus, qui Vincentium de Portiou, Pontificium Poloniæ nuncium in legatum Suum ad Iohannem II Moscoviæ ducem designarat. Ipsi igitur Chalcedonensi Archiepiscopo isthuc cito adventuro, idoneas ac opportunas facultates imperitumur ad unam erigendam Archiepiscopalem ecclesiam in Mohilovia pro Latinis, ad destinandum Archiepiscopum cum honore Archiepiscopalis Pallii, ac ad deputandum etiam eidem Coadjutorem, ita, ut hæc omnia peragere debeat juxta leges ac ritus Romanæ ecclesiæ, eoque modo ac forma, quam hoc ipsi in Nostris die 11 Januarii datis litteris Majestati Tuæ declaravimus. Itaque tam de his, quam aliis de rebus Catholicæ religionis bonum spectantibus, quo scilicet tam Latini, quam Græci in amplissimis Tuis dititionibus, sub regio patrociniò tutelaque Tua securi semper,

жённаго благоразумія, ученія и непорочности, хвалою отличнаго и намъ прелюбезнаго, который, будучи въ подобной отъ Тебя близости, поспѣшнѣе можетъ въ Императорскій Твой градъ достигнуть, и тамъ неукоснительно приступить къ исправленію важнѣйшихъ при Тебѣ дѣлъ оному отъ насъ поручаемыхъ. При чемъ конечно дѣлю содержали мы и хотѣли подражать тому же самому, что прежде достославный учинилъ предивствникъ нашъ Святый Пій V, ко-его имя носимъ, Винденція де Портуку, Священнаго въ Польшѣ Нунція избравшій Посланникомъ своимъ къ Іоанну II, Московскому Князю. Сему славно и Халкедонскому Архіепископу въ скоромъ времени къ Тебѣ будущему, надлежащую и потребную сообщаемъ власть, единую воздвигнуть Архіепископскую церковь въ Могилевѣ для Латинъ, назначить Архіепископа съ честію Архіепископскаго Палліума, и избрать еще оному Кoadъютора; тако да сіе все исполнять долженствуетъ по узаконеніямъ и обрядамъ Римскія Церкви, и таковымъ порядкомъ и образомъ, какъ мы сами,



tranquillique degant, de his omnibus agenti Tecum memorato Archiepiscopo Chalcedonensi, oratori Nostro, ut eandem praestare velis fidem, quam Nobis ipsis, si Tecum coram loqueremur, adhiberes, Imperialem Majestatem Tuam poscimus ac obsecramus. Demum ad caetera officia erga Te Nostra illud praecipuum ex animo adjungimus, ut Deum Optimum Maximum epixe praecemur, quo Te Tuamque Imperium coelestibus Suae gratiae donis ad Sui nominis gloriam, ac ad verum Tuarum laudum decus prosequatur. Datum Romae apud Sanctum Petrum die 26 Aprilis 1783. Pontificatus Nostri anno nono. "Consentaneae ad has Apostolicas litteras impertitae Nobis in id fuerunt hujusmodi facultates, eaeque sunt tenoris sequentis:

въ нашей отъ 11 дня Генваря грамотѣ Твоему Величеству объявилъ. И тако равно о семъ, какъ и о иномъ благостоянн Католическія вѣры касающемся, до сврѣчь такъ Латыны, какъ и Греки въ преобширныхъ Твоихъ владѣніяхъ подъ Царскимъ Твоимъ покровомъ и защитою безопасны всегда и безмятежны пребываютъ, о семъ всѣмъ представляющему Тебѣ помянутому Архіепископу Халкедонскому, нашему Послу таковую же подавать вѣру, каковую бы и намъ самимъ, ежелибъ съ Тобою лично вѣщали мы, оказала Ты, Величества Твоего Императорскаго просимъ, и молимъ; напослѣди же къ прочимъ обязанностямъ къ Тебѣ нашимъ оную главную отъ сердца присовокупляемъ, что Господу Вседержителю всеусердно молимся, да на Тебя и на Имперію Твою небесныя благи Свои дары низпослетъ во славу Своего имени и въ истинное Твоихъ похвалъ украшеніе. Дано въ Римѣ у Святаго Петра, въ 26 день Апрѣля 1783 года, а Священноправленія нашего девятаго года.» Въ сходствіе съ сею Апостолическою грамотою сообщена намъ была на

«Pius P. P. VI. — Venerabilis frater, salutem et Apostolicam benedictionem! Onerosa pastoralis officii cura, qua ecclesiae Catholicae per universum orbem diffusae regimini superari dispositione consilii praesidemus, animum Nostrum jugiter sollicitat, ut animarum periculis, quantum in Domino possumus, mature occurrere et spiritualibus Christi fidelium, praesertim in longinquis partibus degentium, utilitatibus prospicere studeamus. Quam ob rem, cum in vastissimo Rossiaco Imperio nulla Latini ritus constituta reperitur ecclesia, cujus Episcopus non modo ea, quae sunt ordinis Episcopalis, exerceat, sed etiam ad nascentem salutaris doctrinae pabulo, custodiendamque illam Catholici gregis partem sedulo incumbat, libentissime eam occasionem amplexi sumus, qua Nobis de Catholici Episcopi opera et solatio tam dissitas regiones providere, Dei Optimo Maximo opitulante gratia permittitur. Quod ut feliciter ac secundum Romanae Catholicae ecclesiae regulas ac instituta perficiatur, Tibi, venerabilis frater,

содержащимся въ оной инструкціи слѣдующаго содержанія:

«Папа Пій VI.—Почтенный Братъ! здравіе и Апостолическое благословеніе! Тагостное о долгѣ Пастырскомъ попеченіе, съ которымъ Церкви Католической по всему кругу земному разсѣянной управленію, Вышняго опредѣленіемъ промысла, предсѣдательствуемъ, неусынно возбуждаетъ сердце наше, да душевныя опасности, яколику о Господѣ можемъ, заблаговременно отвращать и духовную върующахъ во Христа, наипаче въ дальныхъ странахъ жительствующихъ пользу соблюдать тщимся. Сего ради, какъ въ преобширной Россійской Имперіи ни единыя Латинскаго обряда не обрѣтается, учрежденныя Епархіи, койбы Епископъ, не токмо то, что Епископскаго чину исправлять, но и пасти бы душецѣлительнаго ученія въ паствѣ, и хранить оную Католическаго стада часть рачительно прилежалъ; такъ преохотно тѣмъ случаемъ воспользовались мы, въ коемъ намъ Католическаго Епископа бдѣніе и утѣшеніе для толь отдаленныхъ земель про-

de ejus fide, integritate, prudentia et Catholicae religionis zelo plenam habemus in Domino fiduciam, praesentium auctoritate concedimus, ut durante legatione, quam Tibi demandavimus apud Potentissimam totius Russiae Imperatricem, civitatem Mohiloviae in Alba Russia, unamque ex illius civitatis, quae Tibi magis idonea visa fuerit, ecclesiis secundum Canonicas sanctiones in Metropolitanam ac sedem Archiepiscopalem Latini ritus pro uno Archiepiscopo Mohiloviensi seu Albae Russiae nuncupando, congrua aliqua assignata dote erigas et constituas, cum Pallii et crucis deferendae honore, aliisque omnibus juribus, praerogativis atque insigniis, quae de jure Archiepiscopis et Metropolitanis competere dignoscuntur, ac praeterea ut praedictae abs Te sic erectae et constitutae Metropolitanae ecclesiae virum honestum et providum ac in vinea Domini strenue laborantem, qui Pontificali conveniat oneri ac honori, praedicta auctoritate Nostra deputes ac praeficias; cui, nisi jam Episcopali caractere sit insignitus, vel Tu ipse, vel alius quilibet Episcopus per Te deputandus, cum duobus aliis Episco-

мыслить, Бога Всещедраго вспомоществующею благодатию попускается. Что да благоуспешнѣ и по правиламъ и узаконеніямъ Римскія Католическія Церкви совершится тебѣ, почтенный братъ, на коего усердіе, безпорочность, благоразуміе и ревность къ Католической вѣрѣ полное имѣемъ о Господѣ упованіе, настоящею грамотою поручаемъ въ теченіе возложеннаго отъ насъ на тебя Посольскаго долгу при Державнѣйшей всея Россіи Императрицѣ, градъ Могилевъ въ Бѣлоруссіи, и единую изъ онаго града, которая тебѣ паче способнѣе явится, церковей, по установленіямъ церковнымъ, въ Митрополию и Архіепископскій престолъ Латинскаго обряда для одного Архіепископа Могилевскаго или Бѣлороссійскаго назначаемаго, пристойный каковый либо даръ опредѣля, воздвигнуть и учредить, съ честію Палліума и врученія Креста и съ иными всеми правостями, преимуществами и знаками, какія по праву Архіепископамъ и Митрополитамъ приличествующія почитаются; и сверхъ того, рѣченный тобою тако воздвигнутой и учрежден-

pis: Apostolicæ sedis communio-  
 nem habentibus, vel si non adsint,  
 duobus ecclesiasticis viris in ali-  
 qua dignitate constitutis, Episco-  
 palis consecrationis munus impen-  
 das vel impendat, Pallium, quod  
 ex Beati Petri corpore desump-  
 tum, Tibi mittimus, eidem impo-  
 nat, recepto tamen prius Nostro  
 et Romanæ sedis nomine jura-  
 mento, quod tam in electi conse-  
 cratione, quam in Pallii traditione  
 ab omnibus noviter electis Archie-  
 piscopis, hæc Apostolica sedes  
 recipere consuevit. Præterea si  
 in prædicta Mohiloviensi per Te  
 designanda ecclesia beneficia ali-  
 qua fundata existant, vel constitui  
 possunt, volumus, ut ea in Cano-  
 nicatus dignitatem atque honorem,  
 si ita ad Dei cultum ejusdemque  
 Metropolitanæ erigendæ eccle-  
 siæ decus noveris expedire, eve-  
 here possis pro totidem clericis  
 aut presbyteris saecularibus, qui  
 capitulum ejusdem ecclesiæ juxta  
 Canonicas sanctiones, ac præser-  
 tim juxta Sacrosancti Concilii Tri-  
 dentini decreta constituent atque  
 componant, cum omnibus honori-  
 bus, prærogativis ac juribus, quæ  
 Metropolitanarum ecclesiarum ca-  
 pitulis de jure conveniunt. Ut ve-  
 ro in amplissimo totius Russiae ac

ной Митрополитической церкви  
 мужа честнаго и осмотрительна-  
 го, и въ вертоградѣ Господнемъ  
 неусынно работающаго, кото-  
 рыи бы Архїерейскому равемъ  
 былъ бремени и достоинству,  
 помянутую властію нашу изб-  
 рать и во главу поставить, ко-  
 ему, ежели уже не облеченъ онъ  
 въ Епископскіи санъ, либо ты  
 самъ, либо волюкой иной Епис-  
 копъ тобою наряженный, съ  
 двумя другими Епископами Apo-  
 столическія Столицы исповѣда-  
 нію слѣдующими, или, буде же  
 обрѣтается таковыхъ, съ двумя  
 церковнослужителями какое ли-  
 бо достоинство заступающими,  
 долженъ удѣлать даръ Епископ-  
 скаго посвященія. Палліумъ, ко-  
 торый съ блаженнаго Петра  
 тѣла снятый, тебѣ посылаемъ,  
 оному воложить, прїявъ одна-  
 кожъ прежде нашимъ и Римскія  
 Столицы именовъ присягу, кою  
 какъ при избраннаго посвяще-  
 ніи, такъ и при врученіи Паллі-  
 ума отъ всѣхъ новоизбранныхъ  
 Архїепископовъ сія Апостоль-  
 ческая Столица принимать обык-  
 ла. Окромъ того, когда въ выше-  
 оименованной Могилевской то-  
 бою назначаемои церкви како-  
 вые либо чины (benefices) осно-

aliorum regnorum, quae praedictae Imperatrici subsunt Imperio, novus abs Teo creandus Mohiloviensis Archiepiscopus suam possit supra Catholicos Latini ritus ordinariam auctoritatem et jurisdictionem exercere, quoad usque altera Nobis alios Catholicos Episcopos deputandi sese offerat occasio, ac donec aliter per hanc Apostolicam sedem fuerit dispositum, omnes Christi fideles, tam ecclesiasticos, quam saeculares, universumque clerum ac populum Latini ritus, in Russia atque aliis praedictis regnis existentem, quamvis alteri cujuscumque dioecesis Episcopo hucusque subjectus fuisset, eidem novo Archiepiscopo, suisque in Archiepiscopatu praedicto canonice subrogandis successoribus deinceps subjectum declarare ac decernere auctoritate Nostra Tibi committimus ac indulgemus, contradictores quoscumque per censuram ecclesiasticam appellatione postposita, compescendo, ita, ut novus Archiepiscopus, ejusque in Archiepiscopatu legitimi successores in Nostra et Apostolicae sedis communionem permanentes, in praefatis regnis, Catholicas Latinorum ecclesias, vel per se ipsos, vel per alios ab ipsis

ваны, существуютъ, или учреждены быть могутъ, желаемъ, да оныхъ въ Каноникатства достоинство и честь, буде тако къ служенію Бога и оныхъ Митрополитическія воздвигаемыя церкви благолюбію узришь полезно, возвести можешь для тогогаго жъ числа клириковъ, или Пресвитеровъ свѣтскихъ, которые бы Капитулу той церкви по законоположеніямъ церковнымъ, наипаче жъ по Святаго Тридентинскаго Собора предписаніямъ производили и составляли, со всѣми честями, преимуществами и правами Митрополитическихъ церковей Капитуламъ принадлежащими по справедливости, но да въ преобширной всея Россіи и другихъ государствъ подвластныхъ вышерѣченной Императрицѣ Имперіи, новый тобою рукополагаемый Могилевскій Архіепископъ, свою можетъ надъ Католиками Латинскаго обряда обыкновенную власть и расправу отправлять, доколѣ явнѣй намъ другихъ Католическихъ Епископовъ опредѣлитъ, явится случай, и доколѣ иначе сею Апостолитическою Столицею будетъ распоряжено; то всѣхъ во Христа вѣрующихъ,

delegandos visitare, abusus tollere, fidelium mores corrigere, eaque omnia exercere possint, quae juxta Canonicas sanctiones, Tridentini Concilii decreta et Apostolicae sedis constitutiones Episcopis permittuntur, salva semper in omnibus Nostra et hujus Apostolicae sedis auctoritate. Cum vero in tam longinquis vastissimisque regionibus, quae ad Europae et Asiae partes protendantur, minime unus sufficere possit Episcopus, ideo Nos animarum salutem, quantum in Domino possumus, prospicere volentes, Tibi pariter, ut postquam novum Archiepiscopum Mohiloviensem elegeris, ac in ejus ecclesiae possessionem immiseris, coadjutorem illi cum futura successione sacerdotem aliquem saecularem probum et idoneum designare, ac Episcopalis ecclesiae Gadarensis in partibus infidelium titulo decoratum, recepto ante consecrationem solito juramento, vel per Te ipsum, vel per alium Catholicum antistitem, cum aliorum duorum Episcoporum, si commode haberi poterunt, vel saltem duorum ecclesiasticorum, aliqua dignitate fulgentium assistentia consecrare possis et veles, auctoritate Nostra concedimus et impartimur. Ac

какъ духовныхъ, такъ свѣтскихъ, и весь клиръ и народъ Латинскаго исповѣданія, въ Россіи и вышеобъявленныхъ государствахъ жительствовавшихъ, хотя другому, каковой бы ни было Епархіи Епископу, доселѣ подчинены были, оному новому Архіепископу и его въ Архіепископствѣ рѣчьвальмъ по церковнымъ правиламъ, возводимыхъ преемникамъ напредъ подвластными объявить и узаконить властію нашею тебѣ поручаемъ и вѣряемъ, каковыхъ бы ни были прекословителей, церковнымъ наказаніемъ, не уважая апелляціи, укрощая, тако да новый Архіепископъ и его въ Архіепископствѣ законныя преемники, въ нашемъ и Апостолическія Столицы исповѣданія пребывающіе, въ помянутыхъ Государственныхъ Католическія Латинъ церкви, или сами, или чрезъ другихъ имъ наряжаемыхъ, свидѣтельствовать, злоупотребленія выводить, православныхъ нравы исправлять, и все то творить возмугутъ, что по церковнымъ правиламъ-положеніямъ, Тридентинскаго Собора узаконеніямъ и Апостолическія Столицы уста-

demum ut ea pro prudentia ac religione Tua peragas, quæ ad majorem Dei honorem ac cultum, ad Catholicæ ecclesiæ unitatem et incrementum, ac ad Christi fidelium spirituale bonum et utilitatem magis in Domino noveris expedire, Tibi enixe commendamus, præcipimus, atque hortamur.

вамъ Епископамъ дозволяется, безъ предосужденія однако во всемъ нашемъ и сея Апостолическія Столицы власти. Какъ однако въ толь пространныхъ и преобширныхъ странахъ, которыя въ Европѣ и Азійи расширяются частяхъ, никакъ единый достаточенъ быть не можетъ Епископъ; того ради Мы спасенію душъ, поелику о Господѣ можемъ поспѣшествовать, усердствуя тебѣ, равномерно да по избранію тобой новаго Архіепископа Могилевскаго, и по порученіи ему управленія его церкви, Кoadьюторомъ оному съ будущимъ наслѣдованіемъ, Іерея каковаго либо свѣтскаго безпорочнаго и способнаго поставить и Епископской церкви Гадаренской по землямъ невѣрныхъ титломъ украшеннаго, взявъ прежде посвященія обыкновенную присягу, либо самъ, либо жъ чрезъ инаго Католическаго Архіерея, съ пособіемъ и со присутствіемъ другихъ двухъ Епископовъ, буде удобно сыскаться могутъ, или по меньшей мѣрѣ двухъ церковнослужителей, каковымъ либо достоинствомъ сіяющихъ, посвятить возможешь и въ состояніи бу-

Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, et Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque in contrarium quomodolibet editis vel edendis præmissorum, etiam, in Synodalibus, Provincialibus, Universalibusque conciliis, specialibus vel generalibus aliisque constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, ac quarumcumque ecclesiarum Latini ritus, quibus antea omnes Christi fideles in Russia, aliisque regnis prædictis, ut petitur, existentes subjecti erant, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis et Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis et

дешь, нашею властію поручаемъ и удѣляемъ; напоследѣжъ, да то по благоразумію и благочестію твоему совершить, что къ вящей Господа чести и служенію въ Католическія церкви, единству и приращенію, и къ вѣрующимъ во Христа духовному благу и пользе болѣе о Господѣ познаешь пособствующе, тебѣ всецѣнно поручаемъ, подписуемъ и увѣщаемъ.

Не препятствующую, поелику нужно нашему и Канцеляріи Апостоліческой положенію о неуничтоженіи снискиваемого права, и невозбраняющимъ инымъ вопреки предшествующему, какъ бы ни было изданнымъ или издаваемымъ въ Синодальныхъ, Провинціальныхъ и всеобщихъ Соборахъ особливымъ или жъ общимъ и другимъ узаконеніямъ и постановленіямъ, Апостоліческимъ и не препятствующимъ всякихъ Латинскаго исповѣданія церквей; коимъ прежде всѣ вѣрующіе во Христа въ Россіи и другихъ Государствахъ вышеознаменованныхъ, какъ помянуто, обрѣтающіеся, подвластны были, хотя клятвою, подтвержденіемъ, или всякимъ инымъ дѣйствительнымъ образомъ,



innovatis. Quibus omnibus et singulis etiamsi pro sufficiente illorum derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa ac individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum nihil penitus omissio, et forma in illis tradita observata exprimerentur et insererentur presentibus pro plene et sufficienter expressis et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XV. Aprilis 1783, Pontificatus Nostri anno nono. J. Card. de Comitibus.

укрѣпленнымъ, уставамъ и обычаямъ, привилегіямъ, также по жалованнымъ грамотамъ Апостолическимъ, въ противность вышеписанному какъ бы ни было сообщеннымъ, подтвержденнымъ и возобновленнымъ. Сіе все и каждое, хотя бы для достаточнаго отъ рѣшенія онаго, о томъ и о всемъ того содержаніи особливо, по частно, именно и подробно слово въ слово, а не общими приписями, то же знаменующими, помянуть, либо инако, какъ бы ни было, выражать, или какой либо иной отборный порядокъ хранить слѣдовало, мы подобныя содержанія, яко бы отъ слова въ слово, ничего совсѣмъ не опустивъ изъ оныхъ, и сохранивъ предписанный въ нихъ порядокъ, изображены и внесены были въ настоящую грамоту, за совершенно и достаточно выраженные и внесенныя почитая, оное впрочемъ крѣпость свою соблюсти имѣющее, для способствования вышеозначенному, на сей токмо разъ особливо и именно отмѣняемъ и прочее, чтобы не было противно, отрѣшаемъ. Даю въ Римѣ у Святаго Петра, за печатію рыбака въ 15 день

Pontificiis hisce mandatis obsequi cupientes, ea majori, quam potuimus, celeritate ad hanc Petropolitanam civitatem accessimus, et post expleta erga Augustissimam Imperatricem et Imperialem Ejus familiam summi Pontificis nomine debita officia, ad Nobis injunctam Episcopalis sedis erectionem progredimur. Profecto ex sufficienti capta informatione perspeximus, civitatem Mohiloviensem in Alba Russia nuper valde fuisse ampliatam, et in ejus circuitu plures reperiri Catholicas ecclesias, et mille quingentos circiter fidei Catholicae cultores Latini ritus, ita ut jure meritoque Archiepiscopalis civitas nuncupari possit. Ex eadem etiam informatione intelleximus, quod unica Mohiloviae parochialis ecclesia sub invocatione Sancti Stanislai, Episcopi et Martyris, admodum angusta sit ac vetustate collabatur, altera vero regularis ecclesia sub invocatione Beatæ Mariæ Virginis, in coelum assumptæ, multo sit amplior atque elegantior, ita ut maxime idonea videatur, in qua Archiepiscopalis

Апрѣля 1783, а священно-привлеченія Нашего десятого года.»

*И. Кард. де Комитибусь.*

Желая послушными быть сямъ повелѣнїямъ Папы, со всевозможною поспѣшностїю прибыли мы въ сей градъ Санктпетербургъ, и исполнивъ почтительный долгъ Августѣйшей Императрицѣ и Ея Императорской Фамилїи, именемъ Верховнаго Первосвященника, приступаемъ къ назначенному намъ учрежденїю Архіепископскаго престола; по довольномъ освѣдомленїи, подлинно усмотрѣвъ Мы, что городъ Могилевъ въ Бѣлоруссїи сдѣлался недавно весьма пространнымъ, и въ окружности его находятся многія Католическія церкви и около 1500 Католиковъ Римскаго исповѣданїя, такъ, что по справедливости можетъ онъ назваться Архіепископскимъ городомъ. Также увѣдомясь, узнали Мы, что одна въ Могилевѣ приходская церковь во имя Святаго Епископа и Мученика Станислава весьма есть тѣсна, и по ветхости ея угрожаетъ паденїемъ; другая же монастырская церковь во имя Успенїя благоденной Дѣвы Марїи гораздо

Cathedra constituatur, cum in hac omnia ecclesiastica munia atque etiam Pontificalia multo majori cum dignitate atque hominum frequentia obiri possint, et proximus conventus Patrum Carmelitarum antiquae regularis observantiae erigendo Episcopali seminario, quod juxta Concilium Tridentinum prope Cathedralis est collocandum, apprime sit aptus. Cum itaque Catholicae ecclesiae bonum ita omnino flagitet primum quidem Apostolica auctoritate providimus, ut Carmelitae, qui ecclesiam hanc antea administrabant, in alios sui ordinis in Alba Russia conventus se reciperent, deinde vero curam gessimus, ut omnia onera, quae antea a Carmelitis implebantur, etiam in posterum implerentur. Nunc demum ad laudem Omnipotentis Dei et Beatae Virginis Mariae ac Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, nec non fidei Catholicae exaltationem et totius ecclesiae militantis gloriam, eandem ecclesiam Mohiloviensem, sub titulo Beatae Mariae Virginis, in coelum assumptae, in Archiepiscopalem et Metropolitanam Latini ritus, et in ea Archiepiscopalis et Metropolitanam Praesulis sedem пространнѣ и красивѣе, такъ, что весьма способною быть кажется, въ которой бы учреждена была Архїепископская кафедра; ибо въ сей могутъ отправляться всѣ церковныя и Архїерейскія чиноположенія съ большимъ великолѣпїемъ и въ собранїи многого народа, и близъ ея находящїйся издревле почитаемый Кармелитской монастырь, который по Тридентинскому Собору долженъ быть при кафедральной церкви, особливо удобенъ есть для учрежденія въ ономъ Архїепископской Семинаріи: потому Мы, для блага Католическія Церкви, во-первыхъ, Апостолическою властію расположили, дабы Кармелиты, управлявшіе прежде сею церковію, переселились въ другіе своего Ордена монастыри въ Вѣлоруссіи: а потомъ приложили Мы стараніе, чтобъ всѣ должности, возложенныя прежде для исполненія на Кармелитовъ, и въ предбудущее время ими же исполняемы были. Нынѣ наконецъ, въ похвалу Всемогущаго Бога и Благословенной Дѣвы Марїи, и Святыхъ Апостоловъ Петра и Павла, и для возвышенія Католическія вѣры и славы

Apostolica Nobis, uti supra, com-  
 missa auctoritate erigimus, et in-  
 stituimus pro uno deinceps Archi-  
 episcopo Mohiloviensi nuncupan-  
 do, cui suisque successoribus, ca-  
 nonice instituendis ac respective  
 subrogandis, et in sanctæ sedis  
 communione permanentibus, ut  
 Pallii et crucis usum aliorum  
 Archiepiscoporum more habeant,  
 aliisque omnibus juribus, prae-  
 rogativis atque insignis, quae de  
 jure Archiepiscopis competere  
 dignoscuntur, uti, frui, et potiri  
 possint, pari auctoritate concedi-  
 mus, et indulgemus, suppressis et  
 extinctis natura, essentia et deno-  
 minatione regulari ejusdem eccle-  
 siae sub titulo Beatae Mariae Vir-  
 ginis, in coelum assumptae, quae  
 deinceps saecularis et Archiepis-  
 copalis sit et denominetur, ac ei-  
 dem ecclesiae adjacente conventu  
 in seminarii Archiepiscopalis com-  
 moditatem et usum commutato.  
 Sane cum Archiepiscopalis sedis  
 dignitas postulet, ut in ea adsit  
 capitulum Canonicorum, qui jux-  
 ta Canonicas sanctiones Archiepi-  
 scopum consilio et opera adju-  
 vent, eique Pontificaliter cele-  
 branti inserviant et assistentiam  
 praebeant, idcirco pro nunc et do-  
 nec alia, favente Deo, se offerat

вося воицствующа Церкви, о-  
 ную Могилевскую церковь во  
 имя Успенія Благословенной  
 Дѣвы Маріа, во Архіепскоп-  
 скую и Митрополитанскую Рим-  
 скаго исповѣданія, и въ оной  
 Архіепскопской и Митрополи-  
 танской престолъ данною Намъ  
 вышеомянутою Апостоличес-  
 кою властію учреждаетъ и  
 устанавливаетъ для единого  
 впрелъ Архіепскопа именуема-  
 го Могилевскаго, который и его  
 преемники, по Каноническому  
 правилу постановляемые и пре-  
 бывающіе въ соединенія съ  
 Святѣйшимъ престоломъ, имѣ-  
 ютъ носить Палліумъ и крестъ  
 по обыкновенію другихъ Архіе-  
 пскоповъ, и пользоваться всѣ-  
 ми правами, преимуществами и  
 знаками почестей, приличными  
 Архіепскопскому сану; равно-  
 мѣрно имъ сіе, по власти дан-  
 ной Намъ позволяемъ, уничто-  
 живъ свойство, существенность  
 и наименование монастырской  
 оной церкви Успенія Благосло-  
 венной Дѣвы Маріа, которая  
 впрелъ свѣтскою и Архіепско-  
 пскую, да будетъ и называется,  
 и дежащій при оной церкви  
 монастырь да обратится по сна-  
 собности въ Архіепскопскую

occasio, octo inferius exprimenda in Provincia Albae Russiae existentia beneficia curata, praeposituras nuncupata, ad respectivas infra dicentas dignitates, et ad Canonicalem honorem evehimus, ita ut moderni illorum possessores capitulum Archiepiscopale Mohiloviense constituent, atque componant, cum omnibus honoribus, praerogativis ac juribus, quae Metropolitanarum ecclesiarum capitulis de jure conveniunt, salva super ipsos Archiepiscopi jurisdictione; praeposituras nempe Mohiloviensem, Ossunensem, Nevelensem, Lucinensem, Dneburgensem, Marienhausensem, Meislaviensem et Siebiezensem. Hujus autem capituli prima et post Pontificalem major dignitas existat Praepositura, pro moderno ecclesiae parochialis Mohiloviensis, sub titulo Sancti Stanislai, praeposito curato; secunda dignitas sit Archidiaconatus, pro moderno ecclesiae Ossunensis praeposito; tertia dignitas sit Custodia pro moderno pariter ecclesiae Nevelensis praeposito: et quarta demum dignitas sit Scholasteria pro moderno praeposito ecclesiae Lucinensis. Caeterarum vero quatuor praepositarum possessores

Семинарію. Правда, что достоинство Архіепископскаго престола требуетъ, дабы при ономъ была Канониковъ Капитула, которые бы по духовнымъ узаконеніямъ вспомошествовали Архіепископу совѣтомъ и трудами, и ему при священнодѣйствіи служили и присутствовали, тоотныи и пока за благопоспѣшеніемъ Божиимъ другой случай откроется, возводимъ, на взаимныя нижесказанныя достоинства и на честь каноническую восемь ниже изображенные жалованныя доходы именуемыя настоятельскія мѣста, состоящія въ Бѣлорусской провинціи, такъ, чтобы нынѣшніе ихъ Настоятели составили и содѣлали Архіепископскую Могилевскую Капитулу, пользуясь всѣми почестями, преимуществами и правами, причлествующими Капитуламъ церквей Митрополитанскихъ, сохраняя надъ собою власть правленіе Архіепископа, Настоятельскія, то есть мѣста, или приходы Могилевской, Оссунской, Невельской, Люцинской, Динабургской, Мариенгаусской, Мстиславской и Себежской; въ сей же Капитулѣ первѣйшее настоятельское мѣсто и высшее досто-

Canonicalem solummodo dignitatem obtineant, et Canonici Mohilovienses nuncupentur juxta locum, gradum et ordinem unicuique ex praefatis praepositis ab Archiepiscopo tribuendum et assignandum. Et quoniam hujusmodi parochiae, seu praepositurae ejus sunt generis, ut juxta consuetudinem vigentem in dioecesibus Polonis, quibus illae prius subijciebantur, animarum cura per presbyteros saeculares idoneos Vicarios provisos seu juratos nuncupatos exerceri soleat; idcirco modernis illarum possessoribus permittimus et potestatem facimus, ut una cum iisdem praepositis altera ex superius erectis dignitatibus, aut respective alterum ex canonicatibus obtinere et retinere licite possint et valeant, et animarum curam per Vicarios idoneos juxta formam decreti a sanctae memoriae Benedicto XIV editi die 2 Septembris 1752 super expeditione retentionum parochialium in Polonia, faciant exerceri. Modernis vero illarum possessoribus cedentibus vel decedentibus, aut iisdem praepositis quoquomodo vacantibus, cesset ex tunc respective pro qualibet vacante praepositura hu-

инство по Архієпископѣ имѣеть нынѣшній Настоятель приходской Могилевской церкви Святаго Станислава; второе Архидіаконъ, нынѣшней Оссунской церкви Настоятель; третіе Кустость, также нынѣшній Невельской церкви Настоятель, и четвертое наконецъ Схоластикъ, нынѣшней Люцинской церкви Настоятель. Прочихъ же четырехъ Настоятельскихъ мѣсть Настоятели имѣютъ только каноническое достоинство и именуются Могилевскими Канониками по мѣсту, степени и порядку, каждому изъ помянутыхъ Настоятелей отъ Архієпископа опредѣляемъ; и какъ таковыя приходы или Настоятельскія мѣста суть такого рода, что, по обыкновению въ Польскихъ Епархіяхъ, къ коимъ оныя прежде принадлежали, исправляютъ Христіанскія требы Священники мірскіе, способные къ сему Викарные или присяжными называемые: почему находящимся нынѣ при оныхъ дозволяемъ и даемъ власть, дабы они купно съ тѣми же Настоятельскими мѣстами другое изъ вышеупомянутыхъ учрежденныхъ достоинствъ или взаимно другіе изъ Канони-

jusmodi retentionis privilegium, et Archiepiscopo Mohiloviensi pro tempore facultatem facimus atque impertimur, ut cujuslibet vacantis praepositurae mensam ita exdividat, ut relicta congrua portione pro Parocho, juxta dispositionem Sacri Concilii Tridentini Sess. XXI. Cap. 4 de reformatione, et juxta locorum rationem et animarum numerum, reliquam bonorum partem in unam praebendam Archidiaconatus aut alterius dignitatis, vel simplicem Canonicalem, juxta bonorum sufficientiam, convertat et assignet, hoc scilicet ordine, ut ex bonis praepositurae Mohiloviensis Praepositura capitularis, ex bonis praepositurae Ossunensis Archidiaconatus, ex bonis praepositurae Nevelensis Custodia, et ex bonis praepositurae Lucinensis Scholasteria fundetur. Caeterarum vero praepositarum, uti minus pinguium, bona, quae supererunt, post assignatam Parocho congruam portionem, simplicem solummodo canonicatum efficiant, quorum unus quam primum fieri poterit pro Theologo, sive lectore Sacrae Scripturae, alter pro Poenitentiaro juxta dispositionem Sacri Concilii Tridentini sess. V, cap. 1. de

чествѣ могли имѣть и свободно пользоваться и Христіанскія требы чрезъ способныхъ Викарныхъ исправляли по Уставу Святаго Венедикта XIV, изданному Сентября 2 дня 1752, о исполненіи приходскихъ должностей въ Польшѣ. Если же нынѣшніе ихъ Настоятели уступятъ тѣ свои приходы, или умрутъ, или какимъ-либо образомъ сдѣлаются оныя празными: то съ того времени не будетъ имѣть своего дѣйствія привилегія на таковоѣ владѣніи какимъ нибудь празнымъ приходомъ; но Архіепископъ Могилевскій, по данной отъ Насѣ ему власти, можетъ, смотря по времени, раздѣлять какого либо упраздненнаго прихода доходъ такъ, дабы оставивъ надлежащую часть для приходскаго Священника, по узаконенію Тридентивскаго Собора, засѣданія XXI, главы 4, о исправленіи и въ разсужденіи мѣста и числа людей, опредѣлялъ остальную часть доходовъ для Архидіакона, или по достатку для Канониковъ вообще, такимъ то есть порядкомъ, чтобъ изъ доходовъ Могилевскаго прихода первенствующій Настоятель въ Капитулѣ, изъ доходовъ Оссун-

reformatione, et Sess. XXIV, cap. 8 de reformatione, ab Archiepiscopo assignentur. Sic autem fundatae et dotatae dignitates et canonicatus viris probis et in jure canonico peritis iisque praeditis qualitatibus, quae ad obtinendas dignitates et canonicatus in capitulis cathedralibus de jure requiruntur, juxta canonicas sanctiones in posterum conferantur. Hisce autem octo sic institutis et erectis dignitatibus et canonicatibus, quatuor alios adjungimus canonicos, nempe futurum praepositum Kritscheviensem, statim ac ea praepositura sufficientibus redditibus provisa erit, et respectivos praepositos seu superiores pro tempore Catholicarum ecclesiarum Latini ritus Petropolitanae, Moscuensis et Chersonensis, ita ut praefati praepositi seu superiores Petropolitani, Moscuensis et Chersonensis Canonici Mohilovienses nuncupentur, honoribus, privilegiis praerogativis et insigniis, quibus alii canonici Mohilovienses gaudebunt et utentur, similiter gaudere et uti possint: stallum habeant in choro post alios canonicos gremiales, ubi aliquando ipsos pro suarum ecclesiarum negotiis Mohiloviam accedere contingat; quin-

скаго прихода Архидіаковъ, изъ доходовъ Невельскаго прихода Кустость; изъ доходовъ Люцинскаго прихода Схоластикъ получали свои части; другихъ же приходоу, какъ не весьма достаточныхъ, остальные доходы, изъ коихъ опредѣлявъ надлежащую часть приходскому Священнику, да будутъ употреблены единственно на Канониковъ, изъ которыхъ одинъ для Богословскаго ученія или чтенія Священнаго Писанія, другой духовникомъ по Уставу Тридентинскаго Собора засѣданія V, главы I, о исправленіи, и засѣданія XXIV, главы 8, о исправленіи, сколько возможно будетъ, отъ Архіепископа назначены быть имѣють. Таковымъ образомъ установленныя и доходоу снабденныя достоинства и каноничества даны будутъ честнымъ мужамъ и въ званіи духовнаго права искуснымъ и одареннымъ таковыми качествами, каковыя къ полученію достоинствъ и каноничествъ въ Капитулахъ кафедральныхъ по справедливости требуются по духовнымъ узаконеніямъ. Къ симъ же осьми такъ установленнымъ и учрежденнымъ достоинствамъ и ка-



tamen praedicti praepositi seu superiores Petropolitanus, Moscuensis et Chersonensis votum habeant in capitulis.

Addimus insuper sex Mansionarios seu Vicarios, quibus pro eorum mensa et praebenda applicamus et assignamus bona, quae

ноничествамъ присовокупляемъ другихъ четырехъ Канониковъ, то есть: будущаго Настоятеля Кричевскаго, какъ скоро оное Настоятельское мѣсто будетъ снабдено довольными доходами. и взаимныхъ Настоятелей или повременныхъ старѣйшинъ Католическихъ церквей Римскаго исповѣданія Санктпетербургской, Московской и Херсонской, такъ, чтобы вышереченные Настоятели или начальники Санктпетербургской, Московской и Херсонской именовались Могилевскими Канониками, и тѣми же почестями, привилегіями, преимуществами и знаками равно могли пользоваться, кои будутъ имѣть другіе Могилевскіе Каноники, и въ случаѣ прибытія ихъ въ Могилевъ по церковнымъ дѣламъ, засѣдать въ Капитулѣ ниже другихъ тамошнихъ Канониковъ; однако вышерѣченные Настоятели, или старѣйшины С. - Петербургской, Могилевской и Херсонской не могутъ давать своихъ голосовъ въ общемъ собраніи.

Присовокупляемъ сверхъ того шесть Миссіонеровъ, или Викарныхъ, для содержанія коихъ опредѣляемъ остаточные доходы

supererunt post assignatam congruam portionem, juxta locorum rationem et animarum numerum Vicariis, ab illustrissimo Archiepiscopo praevio concursu constituendis, qui curam animarum in beneficiis Obolecensi et Orsensi nuncupatis actualiter exercent, nempe villam Wiadec ad Obolecense et villam Zachod ad beneficium Orsense spectantes, prout etiam applicamus et assignamus eam partem bonorum, quae post relictam Parocho congruam portionem ex parochia Homelensi detrahi poterit, et istius sic detractae partis redditus in manutentionem musicae pro servitio Archiepiscopalis ecclesiae Mohiloviensis, arbitrio pariter Archiepiscopi erogari posse permittimus. Demum omnes sic instituti Praepositus, Archidiaconus, Custos, Scholasticus, Canonici et Mansionarii seu Vicarii ordinationes et statuta pro locorum et temporum conditione, quoad eorum pronuncsaltem temporaneam residentiam et functiones ab Archiepiscopo condenda et a Sancta sede approbanda observare et exequi tenebuntur. Non obstantibus iis, quae in supra insertis litteris Apostolicis dispositum fuit, non obstare. Hujus

изъ части, которую Архієпископъ, смотря по обстоятельству мѣстъ и числу людей, назначить по мѣрѣ Викарныхъ, предварительно опредѣляемыхъ исправляющими дѣйствительно Христіанскія требы въ приходахъ. Оболецкомъ и Оршанскомъ называемыхъ, деревню то есть Виадецъ къ Оболецкому, и деревню Заходы къ Оршанскому приходамъ принадлежащія; также еще назначаемъ ту часть доходовъ, которая, оставивъ изъ сей для приходскаго Священника помѣрную долю, изъ Гомельскаго прихода можетъ быть удѣлена, и таковой отдѣленной части доходъ дозволяемъ употреблять на содержаніе музыки при Могилевской Архієпископской церкви, оставляя то на произволеніе Архієпископа. Наконецъ, всѣ такимъ образомъ учрежденные первоначальный Настоятель, Архидіаконъ, Кустось, Схоластикъ, Каноники и Миссіонеры или Викарные должны наблюдать и исполнять Архієпископскіе указы, узаконенія и должности, въ разсужденіи мѣстъ и времени имъ поручаемыя и отъ Святаго Престола апробуемыя, пока будутъ

autem Nostrae imo vero Apostolicae erectionis actus duo exemplaria confici jussimus, quorum unum ad Sanctam sedem remisimus, et alterum in Archivo ecclesiae Archiepiscopalis Mohiloviensis asservari mandavimus. Datum Petropoli die 8 Decembris juxta vetus Calendarium, 19 vero ejusdem mensis juxta Gregorianum anni 1783.

находиться при нынѣшнихъ ихъ мѣстахъ, повинуюсь всему предписанному въ Апостолической грамотѣ. Сего нашего и Апостолическаго учредительнаго акта приказали Мы сдатьъ два экземпляра, изъ коихъ одинъ послали къ святой Столицѣ, а другой въ архивѣ Могилевской Архіепископской церкви хранить повелѣли. Дано въ Санктпетербургѣ Декабря въ 8 день по старому календарю, а въ 19 того же мѣсяца по Грегорианскому 1783 года.

## 2.

*Актъ о возведеніи Станислава Сестренцевича въ Архіепископское достоинство.*

Joannes Andreas Archetti, ex Marchionibus Formigariae, Dei et Apostolicae sedis gratia Archiepiscopus Chalcedonensis, Pontificio solio assistens, Sanctissimi Domini Nostri Pii, Divina providentia Papae VI Praelatus domesticus, ejusque et Sanctae sedis Apostolicae apud Augustissimam et Ro-

Юаннъ Андрей Аркетти изъ Маркизовъ Формигарскихъ, Божіею и Апостолическаго Престола милостию Архіепископъ Халкедонскій, присутствующій Папскому Престолу Святейшаго Государя нашего Пія, Божіимъ промысломъ Папы VI домовый Прелать и Его и свята-

tentissimam Catharinam II, totius  
 Russiae Imperatricem, Orator  
 Apostolicus.

Universis et singulis Christi fi-  
 delibus, in Imperio Russico de-  
 gentibus, salutem in Domino sem-  
 piternam. Ad majorem fidei Ca-  
 tholicae exaltationem et gloriam  
 nuper speciali Nobis commissa  
 Apostolica autoritate ecclesiam  
 Mohiloviensem regularem, Beatae  
 Mariae Virginis in coelum Assumptae dicatam, penes conventum  
 Patrum Carmelitarum antiquae  
 regularis observantiae ad honorem  
 et dignitatem Archiepiscopalem  
 et Metropolitanam ereximus, ita,  
 ut ecclesia Archiepiscopalis Mohiloviensis deinceps esset nuncupanda, ut in Nostris erectionis litteris diei 1/10 currentis mensis latius continetur. Post haec, cum Catholici gregis, in his partibus degentis, necessitas postularet, ut juxta datam Nobis facultatem praedictae sic institutae et erectae Mohiloviensi Archiepiscopali ecclesiae constituendum Antistitem spiritualibus facultatibus instrueremus, ut eundem gregem pabulo salutaris doctrinae pasceret, et ad eum custodiendum sedulo

го Апостолическаго Престола при Августѣйшей и Державнѣйшей Екатеринѣ Второй, Императрицѣ Всероссійской, Апостолическій Посолъ.

Всѣмъ Христіанамъ, въ Россійской Имперіи обитающимъ, вѣчно спастися о Христѣ Господѣ желаемъ. Для вѣщшаго возвышенія и славы Католическія вѣры, недавно Мы данною именно намъ отъ Апостолическаго Престола властію учредили для чести и достоинства Архіепископскаго и Митрополитанскаго Могилевскую церковь, посвященную Успенію Благословенной Дѣвы Маріи, состоящую при Кармелитскомъ монастырѣ, издревле почитаемою, именуя отнынѣ оную Архіепископскою Могилевскою, какъ въ Нашей грамотѣ сего мѣсяца отъ 1/10 числа о учрежденіи ея яснѣ сказано. Въ слѣдствіе чего, какъ въ сихъ стравахъ обитающаго Католическаго стада нужда требовала, дабы по данной Намъ власти уполномочить въ духовныхъ дѣлахъ опредѣляемаго надъ вышерѣченной такимъ образомъ основанною и учрежденною Могилевскою Архіепископскою церковію Архіепископа, кото-

incumberet. Hinc Nos Pontificiis mandatis obsequi, et hujus Catholici gregis necessitate consulere cupientes, unaque simul considerantes, quod cum Venerabilis frater Stanislaus Siestrzencevicz, Episcopus Mallensis in partibus infidelium, per plures annos, Catholicorum in variis Rossiaci Imperii regionibus existentium curam et regimen gesserit, iisdem Catholicis utilius, commodius et opportunius foret, ut idem Venerabilis frater Stanislaus Mohiloviensi Archiepiscopali ecclesiae praeficeretur, ac praе oculis habentes tum Augustissimae Imperatricis, erga religionem Catholicam, et ipsum Venerabilem fratrem Stanislaum, eximium favorem, tum ejusdem Venerabilis fratris Stanislai doctrinam, religionis zelum, morum integritatem aliaque virtutum merita, quibus apud nos fide digno commendatur testimonio, animum adjecimus, ut eundem Venerabilem fratrem Stanislaum spiritualibus facultatibus instrueremus, eumque in primum Mohiloviensem Archiepiscopum destinaremus. Utentes itaque speciali facultate, in litteris Apostolicis ad nos directis contenta, Venerabilem fratrem Stanislaum Siestrzencewicz, Episcopum Mal-

рый бы питаль оную паству пищею спасительнаго ученія и къ храненію ея прилагаль свое радѣніе; то, повинуясь Мы повелѣніямъ Верховнаго Первосвященника и желая подать помощь въ нуждѣ сему Католическому стаду, и притомъ уважая, что какъ почтенный братъ Станиславъ Сестрѣнцевичъ, Епископъ Маленскій, въ странахъ невѣрныхъ, чрезъ многіе годы имѣлъ въ попеченіи и управленіи своемъ Католиковъ, въ разныхъ странахъ Россійской Имперіи пребывающихъ, для коихъ полезнѣе, выгоднѣе и способнѣе было бы, чтобъ онъ же, почтенный братъ Станиславъ, поставленъ былъ пастыремъ Могилевской Архіепископской церкви, имѣя также Мы предъ глазами отличное благоволеніе Августѣйшей Императрицы, какъ въ разсужденіи Католическія вѣры и самого почтеннаго брата Станислава, такъ и ученіе его же почтеннаго брата Станислава, ревность къ вѣрѣ, добродравіе и другихъ его добродѣтелей, кои онъ по достоинству заслуживаетъ. Наше вѣрное одобреніе, рѣшились уполномочить въ духовныхъ дѣлахъ

lensem in primum Mohiloviensem Archiepiscopum promovemus et deputamus, usum Pallii in solemnitatibus et functionibus in Pontificali Romano descriptis, postquam illud a nobis rite susceperit, et deferendae crucis ei concedentes, ipsumque ab Episcopatu Mallensi ad Archiepiscopatum Mohiloviensem transferentes, et a vinculo, quo erga ecclesiam Mallensem erat obstrictus, liberantes. Huic autem sic deputato et constituto Mohiloviensi Archiepiscopo, prout etiam suis in Archiepiscopatu praedicto canonice subrogandis successoribus, et in communione Sanctae sedis permanentibus facultatem facimus et impertimur, ut in amplissimo totius Russiae ac aliorum regnorum, quae Augustissimae Imperatricis Russiae subsunt imperio, suam possit supra Catholicos Latini ritus ordinariam auctoritatem et jurisdictionem exercere, omnes propterea Christi fideles, tam ecclesiasticos, quam saeculares, universumque clerum et populum Latini ritus in Russia atque aliis Imperii Russici regnis existentem, quamvis alteri cujuscumque Dioecesis Episcopo hucusque subjectus fuisset, eidem novo Archiepiscopo, suisque in Episcopatu pra-

почтеннаго брата Станислава, и опредѣлять его первымъ Могилевскимъ Архіепископомъ; и потому данною именно Намъ Властію, изображенною въ присланной къ Намъ Апостолической Грамотѣ, производимъ почтеннаго брата Станислава Сестренцевича, Епископа Малленскаго во перваго Могилевскаго Архіепископа, позволяя ему носить палліумъ въ торжественные и церемоніальныя дни, описанныя въ Римскомъ Pontificali, когда оной отъ Насъ по обряду онъ получитъ, также и крестъ; и, перемѣняя его изъ Епископства Малленскаго въ Архіепископство Могилевское, увольняемъ отъ церкви Малленской, къ которой онъ былъ привязанъ. И сему такимъ образомъ назначенному и учрежденному Могилевному Архіепископу, равно какъ и его преемникамъ по Каноническимъ правиламъ въ вышепрѣченной Архіепископствѣ опредѣляемымъ и въ соединеніи Св. Престола пребывающимъ, даемъ обыкновенную власть и правленіе надъ Католиками Римскаго исповѣданія, живущими въ пространнѣйшей Всероссийской Имперіи и въ дру-

dicto canonice subrogandis successoribus et in communionem Sanctæ sedis permanentibus, deinceps subjectum, auctoritate Nobis commissa, declarantes ac decernentes, ita, ut novus Archiepiscopus, ejusque in Archiepiscopatu legitimi successores, Catholicas Latinorum ecclesias in præfatis regnis, vel per se ipsos, vel per alios ab ipsis delegandos visitare, abusus tollere, fidelium mores corrigere, eaque omnia exercere possint, quæ juxta canonicas sanctiones, Tridentini concilii decreta et Apostolicæ sedis constitutiones Episcopis permittuntur, salva semper in omnibus Apostolicæ sedis auctoritate. Non obstantibus omnibus iis, quæ in litteris Apostolicis ad nos directis dispositum fuit, non obstare. In illo autem, qui dat gratias et largitur præmia confidimus, quod dirigente Domino noviter instituti Archiepiscopi actus, ecclesia Mohiloviensis sub ejus felici gubernio regetur utiliter, et prospere dirigetur, ac grata suscipiat incrementa, ita ut provido ac fructuoso administratori se gaudeat commissam, ipseque Archiepiscopus præter æternæ retributionis præmium, Sanctæ sedis Apostolicæ benedictionem et gratiam exinde ube-

гихъ областяхъ, Августѣйшей Императрицѣ принадлежащихъ. Почему все възруше въ Христа, какъ духовные, такъ и свѣтскіе и весь вообще церковный причетъ и народъ Римскаго исповѣданія, обрѣтающийся въ Россіи и въ другихъ областяхъ Россійской Имперіи, хотя бы онъ по сіе время другому какой-либо Епархіи Епископу былъ подчиненъ, да будетъ отнынѣ подвластенъ сему новому Архіепископу и его въ вышерѣченномъ Архіепископствѣ по Каноническимъ узаконеніямъ поставляемымъ преемникамъ и въ сообщеніи съ Святымъ Престоломъ пребывающимъ, данною Намъ властію объявляемъ и повелѣваемъ, такъ, чтобы новой Архіепископъ и его законные въ Архіепископствѣ преемники посѣщали Католическія Римскія церкви, состоящія въ вышерѣченной Имперіи, или сами лично или другихъ отъ себя посылая, также изымали злоупотребленія, исправляли вѣрныхъ нравы и во всемъ томъ упражнялись, что по Каноническимъ узаконеніямъ, Уставамъ Тридентинскаго Собора и преданіямъ Апостолическаго Престола Епископамъ

riam obsequi mereatur. Datum  
Petropoli die 10 Decembris, juxta  
vetus Calendarium, 21 vero ejus-  
dem mensis juxta Gregorianum,  
anni 1763.

предписано, сохранив всегда  
во всемъ власть Апостолической  
столицы и повинуясь всемъ рас-  
поряженіямъ, изображеннымъ  
въ Апостолической грамотѣ, къ  
Намъ присланной. Мы же упо-  
ваемъ на того, который ниспо-  
сылаетъ свою благодать и обра-  
тыми награждаетъ щедротами,  
что за благооспѣшеніемъ Гос-  
спода будетъ Могилевская цер-  
ковь подъ благополучнымъ пра-  
вленіемъ новоутрежденнаго ея  
Архіепископа управляема съ  
пользою, благоуспѣшна и жела-  
емья получить приращенія; а  
чрезъ сіе самое возрадовалась  
бы она о попечительномъ и  
плодоносительномъ ея правитель-  
ствѣ, да и самъ Архіепископъ, кромѣ  
вѣчнаго воздаянія, получилъ бы  
отъ Апостолическаго престола  
за свои заслуги благословеніе и  
премную милость.



**Актъ объ учрежденіи Капитула или Собора Могилевскаго.**

Joannes Andreas Archetti, ex Marchionibus Formigariæ, Dei et Apostolicæ sedis gratia Archiepiscopus Chalcedonensis, Pontificio solio assistens, Sanctissimi Domini Nostri Pii, Divina providentia Papæ VI. Prælati domesticus, ejusque et Sanctæ sedis Apostolicæ apud Augustissimam et Potentissimam Catharinam II totius Russiæ Imperatricem Orator Apostolicus.

Pro majori Archiepiscopalis ecclesiæ Mohiloviensis dignitate et decore, Archiepiscopale quoque capitulum nuper ereximus, pro nunc ex quatuor dignitatibus et quatuor canonicis constitutum, quibus etiam quatuor alios addimus canonicos, nempe: præpositum Kritcheviensem, statim ac eadem præpositura sufficientibus redditibus arbitrio Archiepiscopi provisus judicabitur, nec non præpositos seu superiores pro tempore Catholicarum ecclesiarum Latini ritus: Petropolitane, Moscuensis et Chersonensis, eosque omnes tum scilicet dignitates,

Юаннь Андрей Аркетти изъ Маркизовъ Формигарскихъ, Божію и Апостолическою милостию Архіепископъ Халкедонскій, присутствующій Папскому Престолу Святѣйшаго Государя нашего Пія Божіямъ промысломъ Папы VI, домовый Прелатъ и Егои Святаго Апостолическаго Престола при Августѣйшей и Державнѣйшей Екаторинѣ Второй Императрицѣ Всероссийской Апостолическій Посоль.

Для вѣщаго Могилевской Архіепископской церкви достоинства и благолѣпія, недавно также учредили Мы Архіепископскую Капитулу, составленную нынѣ изъ четырехъ Настоятельныхъ чиновъ и четырехъ Канониковъ, къ коимъ присовокупили еще другихъ четырехъ Канониковъ, то есть Настоятеля Кричевскаго, какъ скоро его мѣсто, по усмотрѣнію Архіепископа, будетъ снабдено достаточными доходами, и Начальниковъ или Старѣйшинъ повременныхъ Католическихъ церкви Римскаго Исповѣданія,

tum canonicos iis subjecimus statutis, quae ab Archiepiscopo essent condenda et a Sancta sede approbanda, ut in nostris litteris erectionis Archiepiscopatus et capituli latius continetur. Modo autem, ut aliqua eidem capitulo praeficiatur forma et methodus, collatis consiliis cum Illustrissimo Archiepiscopo, sequentia pronunc et donec rerum conditio aliter postulet, edimus et Apostolica auctoritate approbamus statuta a primis et successivis ejusdem capituli dignitatibus et canonicis in posterum observanda.

*Primo.* Ut Archiepiscopalis Mohiloviensis capituli splendori consulatur, nemini in eodem capitulo dignitates et canonicatus conferantur, nisi iis, qui sunt ex nobili genere nati, quapropter ii, qui da aliqua dignitate vel canonicatu erunt provisi, eorum nobilitatis publica documenta capitulo exhibeant.

С.-Петербургской, Московской и Херсонской, и ихъ всѣхъ, какъ то есть Настоятелей, такъ и Канониковъ подвергаемъ тѣмъ установленіямъ, которыя отъ Архіепископа имѣли бы быть изданы и отъ Святаго престола апробованы, какъ въ Нашей грамотѣ о учрежденіи Архіепископства и Капитула пространнѣе сказано. Нынѣ же для предписанія оной Капитулѣ какой-либо формы и правильного образца, посоветовавъ Мы съ Архіепископомъ, слѣдующія на нынѣшнее время, пока инако обстоятельства дѣлъ востребуютъ, установленія издаемъ и Апостолическою властію подтверждаемъ, которыя, какъ первые оной Капитулы Чиноподчиненныя и Каноники, такъ и преемники ихъ наблюдать отнынѣ должны.

*Первое.* Для славы Могилевской Архіепископской Капитулы, ни кому въ той же Капитулѣ не жамовать достоинствъ и каноничествъ, развѣ тѣмъ, кои отъ благородной фамиліи рождены, почему имѣющіе получить какое-либо достоинство или Каноничество, должны представлять въ Капитуду явныя о своемъ благородствѣ доказательства.

*Secundo.* Nemo unquam canonicus, coadjutor, nec honorarius seu titularis Mohiloviensis instituitur, sed capitulum Archiepiscopale Mohiloviense ab iis tantummodo componatur, qui Illustrissimi Archiepiscopi jurisdictioni, juxta canonicas sanctiones, subjecti, ecclesiae Archiepiscopali, et Archiepiscopo actualiter inseruiunt, exceptis duntaxat praefatis tribus praepositis seu superioribus Catholicarum ecclesiarum Petropolitanae, Moscuensis et Chersonensis, qui canonicatus honorem habeant, licet fortasse nunquam Mohiloviae resideant: praeter hos igitur duodecim canonicos, aliis non licebit deferre distinctorium ab Augustissima Imperatrice concessum.

*Tertio.* Provisus de aliqua dignitate aut canonicatu ad minus intra duos menses a die adeptae possessionis non solum coram Illustrissimo Archiepiscopo vel ejus officiali, sed etiam in capitulo consuetam fidei Catholicae professionem emittere teneatur.

*Quarto.* Ex quatuor dignitatibus et quatuor canonicis, pro nunc constitutis, duo dignitates et duo

*Второе.* Никого въ Каноники, Кoadьюторы, ниже въ почетные Могилевскіе не производить, но Капитула Могилевская Архіепископская изъ тѣхъ только должна быть составлена, которые Архіепископскому Правленію по Каноническимъ узаконеніямъ подчинены, и дѣйствительно служатъ Архіепископской церкви и Архіепископу; исключая только трехъ высерѣченныхъ Настоятелей или Старѣйшинъ Католическихъ церковей С. Петербургской, Московской и Херсонской, кои чинъ Каноническій имѣютъ, хотя можетъ быть никогда не живутъ въ Могилевѣ. Кромѣ сихъ убо двѣнадцать Канониковъ, не дозволяется отъ Августѣйшей Императрицы другимъ давать сіе достоинство.

*Третье.* Получившій какое-либо начальство или Каноничество, долженъ, по крайней мѣрѣ въ два мѣсяца со дня вступленія въ свою должность, не токмо предъ Архіепископомъ, но и въ Капитулѣ учинить обыкновенное исповѣданіе Католическія вѣры.

*Четвертое.* Изъ четырехъ Начальствъ и четырехъ Каноничествъ нынѣ учрежденныхъ,

canonici de trimestre in trimestre per turnum continuo resideant in civitate Mohiloviae, nempe Praepositus et Archidiaconus cum duobus canonicis, Custos vero et Scholasticus cum aliis duobus. Et quoniam a Sacro concilio Tridentino Sess. XXIV cap. 12 de reformatione, Cathedrale capitulum ecclesiae senatus nuncupatur, et de jure ecclesiastico Cathedralium ecclesiarum canonici aetiori vinculo, veluti membra cum capite, Episcopo devincti sunt, consiliarii, dati Episcoporum, idcirco dignitates et canonici Mohilovienses, Mohiloviae residentes, nedum functionibus ecclesiasticis inferius exprimentis sedulo vacent, verum etiam Illustrissimum Archiepiscopum in suae jurisdictionis exercitio adjuvare non detrectent. Consistorii itaque seu officii sessionibus, juxta normam, pro locorum et temporum conditione ipsis ab Illustrissimo Archiepiscopo praescribendam, sub infradicendis praenis, interesse teneantur.

**Quinto.** Quolibet die celebratur per alterum ex canonicis, penes

должны пребываніе имѣть въ городѣ Могилевѣ во всегдашнее время по два Настоятеля и по два Каноника отъ трехъ до трехъ мѣсяцевъ попеременно, то есть первоначальный Настоятель и Архидіаконъ съ двумя Канониками, а кустось и школастикъ съ другими двумя. И какъ по Тридентинскому Собору засѣданія XXIV главы, 12 о мѣсѣ правленія, каѳедральная Капитула соѣздомъ церкви называется, и по правилу церковному Каноника каѳедральныхъ церквей имѣютъ съ Епископомъ какъ члены съ главою, весьма тѣсную связь, и названы Соѣзниками Епископомъ, того ради, Начальники и Каноники Могилевскіе, имѣющіе пребываніе въ Могилевѣ не токмо обязаны радѣтельно исполнять церковныя должности, но и дѣлать по собіе Архіепископу въ правленіи его дѣла ниже сего изображенныхъ. А посему и должны они, по предписанію Архіепископа, въ разсужденіи имѣть и времени засѣдать въ Консistorіи, подвергая себя нижесказаннымъ пенямъ.

**Пятое.** Въ каждый день въ Могилевской Архіепископской

Cathedram residentibus, Missa conventualis in Archiepiscopali ecclesia Mohiloviensi Beatæ Mariæ Virginis in cælum Assumptæ, diebus vero festivis eadem Missa solemniter celebretur cum assistentia canonicorum et mansionariorum seu vicariorum per alteram ex dignitatibus, que juxta superius præfinitum turnum Mohiloviæ residebit. Quodsi infirmitate alioque canonico impedimento ambæ dignitates detentæ erunt, quominus possint Missam solemniter celebrare, tunc ea solemniter, ut supra, eum vicariorum assistentia celebretur per canonicum priorem in ordine, et demum per unum ex vicariis, quatenus etiam canonici legitime sint impediti, ita ut per anni spatium Missa conventualis quotidie celebretur.

*Sexto.* Insuper singulis diebus festivis horæ canonicæ de more in choro recitentur cum assistentia dignitatum et canonicorum, pro tempore residentium, et omnium vicariorum seu mansionariorum, qui legitime non sint impediti.

церкви Успевія Благословенной Дѣвы Маріи, да будетъ отправлена Соборная объдня однимъ изъ Канониковъ, пребывающихъ при кафедрѣ, а въ прочіе праздничные дни да будетъ она торжественно отправлена въ собраніи Канониковъ и Мансіонеровъ или Викарныхъ, однимъ изъ Настоятелей, кои, какъ выше сего сказано, будутъ попеременно въ Могилевѣ. Если же за болѣзнію и по другимъ правильнымъ причинамъ будутъ удержаны оные оба Настоятеля отъ торжественнаго Священнослуженія, тогда она объдня да будетъ торжественно отправлена, какъ выше сказано, однимъ Каноникомъ по очереди, первымъ въ собраніи Викарныхъ, и потомъ однимъ Викарнымъ, посліку Каноники правильными причинами препятствованы; въ теченіи же года да будетъ Соборная объдня всякаго дня отправлена.

*Шестое.* Сверхъ того въ каждый праздничный день да будутъ чтены въ олтарѣ при собраніи Начальниковъ и Канониковъ, попеременно пребывающихъ и всѣхъ Викарныхъ или Мансіонеровъ, принадлежащихъ до

*Septimo.* Quolibet anno die festo Sancti Stanislai Episcopi et Martyris habeatur capitulum generale, pro quo omnes quatuor dignitates et quatuor canonici Mohiloviam accedere teneantur. In hoc autem capitulo post pertractata et composita negotia, ipsum capitulum respicientia, captasque opportunas resolutiones in iis solis casibus, in quibus, Illustrissimi Archiepiscopi, etiam uti Delegati Apostolici auctoritas intervenire non debeat, præcipue agatur de adolescentibus Catholicis et præsertim clericis religione, litteris et bonis moribus instruendis. Quocirca unusquisque ad Illustrissimum Archiepiscopum deferat, quænam in sui respectivi districtus vicinitate erectæ sint scholæ, quænam in iis observetur methodus, quænam sit adolescentium profectus in fidei Catholicæ rudimentis, in religione et bonis artibus, quidque agi possit, ut is magis magisque augeatur. Et quemadmodum juxta priscas canonicas sanctiones scholasterii dignitas in id præsertim instituta est,

Священства обыкновенныя молитвы, если кто изъ нихъ не будетъ воспрепятствованъ правильными причинами.

*Седьмое.* Ежегодно въ праздничный день Святаго Епископа и мученика Станислава имѣеть быть въ Капитулѣ генеральное собраніе: того ради должны пріѣхать въ Могилевъ всѣ 4 Настоятеля и 4 Каноника, и въ сей Капитулѣ разсмотрѣвъ они всѣ къ ней относящіяся дѣла, и учинивъ надлежащія рѣшенія въ тѣхъ однихъ случаяхъ, въ коихъ Архіепископъ, какъ Апостольскій посланникъ, соучаствовать не долженъ, да попечутся ономъ наставленія Католическаго юношества, и наипаче Духовнаго чина въ добронравіи и наукахъ. Почему каждый долженъ доносить Архіепископу, какія въ собственномъ его уѣздѣ заведены школы, и по какому обучаются правилу, какой успѣхъ учениковъ въ познаніи первоначальныхъ основаній Католическія вѣры и наукъ, и какія можно употребить средства къ приумноженію имъ успѣховъ. И какъ по древнимъ Каноническимъ узаконеніямъ, достоинство схоластика для того на-

ut illam obtinens juxta Cathedrallem ecclesiam scholam exerceat, puerosque fidei rudimentis imbuet, eosque litteras doceat, idcirco, ut quantum rerum conditio fert, canonum vestigiis inhaereatur, scholastici capituli Mohiloviensis praecipuum munus erit puerorum in fidei Catholicae rudimentis instructioni, et rectae scholarum in civitate Mohiloviensi et in provincia Albae Russiae existentium administrationi, quantum sibi licebit, invigilare, et quidquid in Domino expedire judicaverit, ad Illustrissimum Archiepiscopum deferre. Insuper, idem scholasticus pro sui ingenii capacitate, et adhibito confratrum suorum capitularium auxilio, implorataque Illustrissimi Archiepiscopi auctoritate, traductioni in vernaculam linguam alicujus operis ab Apostolica sede approbati et commendati identidem incumbat.

*Octavo.* Contra vero non residentes praefinito tempore aut ad capitulum generale non accedentes, Illustrissimus Archiepiscopus ad inflictionem poenarum per aegros canones statutarum proce-

паче учреждено, дабы онъ, получа оное при Каѳедральной церкви, имѣлъ въ своемъ смотрѣніи училище, и обучалъ юношество первоначальнымъ основаніямъ вѣры и наукамъ, а потому сколько возможно послѣдовалъ бы Каноническимъ правиламъ. Схоластика Могилевской Капитулы первѣйшимъ долгомъ будетъ, дабы онъ неусыпное имѣлъ попеченіе о наставленіи юношества основаніямъ Католическія вѣры и о добромъ управленіи училищъ, находящихся въ Могилевѣ и въ Бѣлорусской Провинціи, и что онъ устроить заблагоразсудитъ, о томъ доносить Архіепископу. Сверхъ того оный же Схоластикъ получа дозволеніе отъ Архіепископа долженъ всегда, по мѣрѣ ума своего и съ помощію его собратьи, упражняться въ переводахъ на природный языкъ какихъ либо сочиненій, принятыхъ и апробованныхъ Апостолическою церковію.

*Восьмое.* Напротивъ же того, кои не имѣютъ своего пребыванія чрезъ урѣченное время, или въ то же самое не являются для генеральнаго собранія въ Капитулу, на таковыхъ наложить

dat, exceptis dumtaxat casibus, in quibus ipsi doceant se legitimis causis fuisse impeditos, quorum validitatem judicare penes Archiepiscopum erit. Ut autem ex nunc dignitates et canonici ad praescriptam Mohiloviae residentiam et ad assistentiam tum consistorii seu officii sessionibus, quas praesens rerum conditio postulat, tum ecclesiae functionibus diligentiores et alacriores reddantur, negligentes vero excitentur per ipsum Illustrissimum Archiepiscopum, tamquam Apostolicae sedis delegatum, pariter ex nunc aliqua provisionaliter praefigatur summa, detrahenda ex fructibus praebendarum; quae in dignitates seu canonicatus respective fuerunt erectae, eaque in distributiones quotidianas convertatur, quae inter Dignitates et canonicos consistorii sessionibus, capitulo generali et Divinis interessentes, juxta divisionem ab Illustrissimo Archiepiscopo faciendam, dividatur; quodsi aliqui ex modernis possessoribus praepositarum, in dignitates et canonicatus recens erectarum, impositum residentiae et assistentiae onus subire detrectent, vel detractio summae pro distributionibus quotidianis non

Архієпископъ пеню по Духовнымъ установленіямъ, исключая только тѣ случаи, въ коихъ они докажутъ правильными причинами свое препятствіе; и о сихъ важности судить долгомъ есть Архієпископа. А дабы съ сего времени Настоятели и Каноники для предписаннаго пребыванія въ Могилевѣ и засѣданія какъ въ Консistorіи, чего нынѣшнее дѣль обстоятельство требуетъ, такъ и для исправленія церковныхъ должностей сдѣлались радѣтельными и охотными, незначительные же понуждаемы были къ тому властію Архієпископа, какъ Апостолическаго посланника; то равномѣрно назначить онъ отнынѣ сумму, собираемую съ жалованныхъ приходовъ, сдѣланныхъ взаимно Настоятельскими мѣстами или Каноничествами, и оную обратить въ ежедневный раздѣль на Настоятелей и Канониковъ, засѣдающихъ въ Консistorіи и въ Капитулѣ, и исправляющихъ церковныя должности, по усмотрѣнію его же Архієпископа. Если же кто либо изъ нынѣшнихъ Настоятелей и Канониковъ не пожелаетъ сего ига взять на себя, чтобы имѣть



consentiant, tunc eo ipso detrec-  
tans aut dissentiens pro renun-  
ciance honori ingressus et admis-  
sionis ad capitulum habeatur, et  
praerogativa ac titulo dignitatis  
aut canonicatus praepositurae ab  
ipso possessae assignato non gau-  
deat. Caeterum, ubi primum be-  
neficia, uti supra, in dignitates aut  
canonicatus erecta vacare contin-  
gat, nisi alius, favente Deo, se  
obtulerit modus, pro distributio-  
nibus quotidianis assignandis, ter-  
tia pars fructuum praebendae tam  
dignitatum, quam canonicatum  
per ipsum Illustrissimum Archie-  
piscopum, etiam tamquam Aposto-  
licae sedis delegatum, separetur  
et convertatur in distributiones  
quotidianas, juxta dispositionem  
Sacri concilii Tridentini Sess. XXI  
cap. 3 de reformatione.

*Nono.* Praeposito Kritscheviensi,  
postquam ob sufficientem praepo-  
siturae dotationem illius possessor  
canonicatus honore gaudere inci-  
piet, illud ab Illustrissimo Archie-  
piscopo pro debita trium mensium  
residentia apud Cathedram assi-  
gnetur anni tempus, quod ipse in  
Domino magis expedire arbitra-  
bitur.

свое пребываніе и засѣданіе, и  
на раздѣленіе ежедневной сум-  
мы не согласится, таковой по-  
чтется за отрицателя чести, и  
не будетъ принять и допущенъ  
въ Капитулу и лишится преи-  
мущества и настоятельскаго чи-  
на, ему даннаго. Впрочемъ ко-  
гда случится, что вышерѣчен-  
ныя Настоятельскія мѣста или  
Каноничества сдѣлаются праз-  
дными; то буде, за помощію Бо-  
жіею, другой не откроется слу-  
чай для назначенія ежеднев-  
ныхъ раздѣловъ, имѣетъ самъ  
Архіепископъ, какъ посланникъ  
Апостольскаго престола, от-  
дѣлить третью часть доходовъ  
Настоятельскихъ и Канониче-  
скихъ и оную обратить въ еже-  
дневный раздѣлъ, по установле-  
нію Тридентинскаго Собора за-  
сѣданія XXI главы 3 о исправ-  
леніи.

*Девятое.* Настоятелю Кри-  
чевскому, когда онъ получитъ  
для себя довольный доходъ и  
начнетъ пользоваться Канониче-  
скою честию, назначить Архіе-  
пископъ нѣкоторое года время  
для присутствія при кафедрѣ  
вмѣсто трехъ мѣсяцовъ, по его  
благоусмотрѣнію.

*Decimo.* Hisce statutis unusquisque tum dignitatum, tum canonicatum possessor religiosissime obtemperabit, eaque se observaturum in capienda possessione spondebit.

Quodsi hisce statutis in ipsa capituli origine editis aliquid, ut idem magis Catholicae ecclesiae et bono publico prosit, in posterum addere oporteat, Illustrissimi moderni vel pro tempore Archiepiscopi Mohiloviensis zelo et Sanctae sedis auctoritate rerum circumstantiis consuletur. Datum Petropoli die 15 Decembris juxta vetus calendarium, 26 vero ejusdem mensis juxta Gregorianum, anni 1783.

*Десятое.* Симвъ учрежденіямъ каждый Настоятель и Каноникъ долженъ свято повиноваться и наблюдать оныя, въ чемъ при вступленіи въ должность своего чина да учинить обѣщаніе.

Что къ первоначальнымъ сей Капитулы изданнымъ учрежденіямъ требуется впредь присокупить для вѣщшей пользы Католическія церкви и общаго блага, оное предоставляется попеченію вышшняго Могилевскаго Архіепископа и власти Святаго Престола.

Дано въ Санктпетербургѣ въ 15 день Декабря по старому календарю, а въ 26 того же мѣсяца по Григоріанскому 1783 года.

## 4.

*Грамота о власти рѣшать брачныя дѣла.*

Ioannes Andreas Archetti, ex Marchionibus Formigariae, Dei et Apostolicae sedis gratia Archiepiscopus Chalcedonensis, Pontificio solio assistens, Sanctissimi Domini Nostri Pii, Divina providentia Papae VI, Praelatus domesticus, ejusque et Sanctae sedis Apostolicae apud Augustissimam et Potentissimam Catharinam II totius Russiae Imperatricem Orator Apostolicus.

Dilecto Nobis in Christo Illustrissimo et Reverendissimo, Domino Stanislao Siestrzencewicz, Archiepiscopo Mohileviensi, salutem in Domino sempiternam. Cum Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Josephus comes Garampi, Archiepiscopus Beritensis, Nuncius Apostolicus in Regno Poloniae, praedecessor Noster, nomine Illustrissimae et Reverendissimae Dominationis Vestrae preces sacrae Congregationi de propaganda fide exposuerit, quod cum inter Catholicos ritus Latini

Юаннь Андрей Аркетти изъ Маркизовъ Формигарскихъ, Божію и Апостолическою милостию Архіепископъ Халкедонскій, присутствующій Папскому Престолу Святѣйшаго Государя нашего Пія Божіимъ промысломъ Папы VI, домовый Прелатъ и Его и Святаго Апостолическаго Престола при Августѣйшей и Державнѣйшей Екатеринѣ Второй Императрицѣ Всероссійской Апостолическій Посолъ.

Возлюбленному намъ во Христвѣ знаменитѣйшему и почтеннѣйшему Г. Станиславу Сестреничичу, Архіепископу Могилевскому, спасеніе о Господѣ вѣчное. Поелику знаменитѣйшій и почтеннѣйшій Г. Графъ Іосифъ Граампи, Архіепископъ Беритенскій и Апостолическій въ Королевствѣ Польскомъ Нунціи, нашъ предѣстникъ, отъ имени вашего знаменитѣйшій и почтеннѣйшій Господинъ, предложилъ Священной конгрегациі распространенія вѣры, проше-

in Alba Russia, extra Reipublicae Polonae Dominationem existentes, nequaquam ad amussim servari possit in causis dissolutionis matrimoniorum is idem integer ordo et processus judicialis, qui a Sanctae memoriae Benedicto XIV in constitutione, quae incipit: *De miseratione* salubriter constitutus fuit, hinc facultas et potestas fieret Illustrissimae et Reverendissimae Dominationi Vestrae causas hujusmodi summarie et absque defensoris interventu cognoscendi et debito modo terminandi, cumque eadem sacra Congregatio die trigesima mensis Maji, anno millesimo septingentesimo septuagesimo quinto inhaerendum censuerit votis et supplicationibus Illustrissimae et Reverendissimae Dominationis Vestrae, idemque Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa VI in audientia habita die decima tertia Junii ejusdem anni probaverit, ita nempe, ut ad sententiam dissolutionis matrimoniorum, quacumque ex causa expetatur, Illustrissima et Reverendissima Dominatio Vestra procedere non possit, nisi accedente duorum vel trium Theologorum ab Apostolico Nuncio, in Regno Poloniae pro tempore existente ad biennium eligendorum

ніе, что коль между Католиковъ Латинскаго исповѣданія, въ Бѣлорусіи находящихся, внѣ области Польскія республики никакъ въ точность не возможно наблюдать по дѣламъ о разводѣ браковъ, все установленіе и производство судное, которое, блаженныя памяти Бенедиктомъ XIV, въ учрежденіи начинающимся Божіимъ помилованіемъ щастливо учреждено, то бы мочь и власть вамъ знаменитѣйшій и почтеннѣйшій Господинъ сообщена была, подобныя дѣла вкратцѣ и безъ посредства стряпчаго разбирать и достойнымъ рѣшить образомъ. И поелику помянутая Священная конгрегація въ тридесатый день мѣсяца Маія лѣта 1775 опредѣлила исполнить желаніе и прошеніе ваше, и то Пресвятѣйшій Государь нашъ Папа Пій VI, въ аудіенціи, послѣдовавшей въ третій надесять донъ Іюня онаго жъ года, подтвердилъ тако сирѣчь, дабы къ приговору о разводѣ браковъ, по каковой бы ни требовался причинѣ, вы знаменитѣйшій и почтеннѣйшій Господинъ, приступать не могли, если на то двухъ или трехъ богослововъ, Апостолѣ

voto atque assensu, prout idem Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Nuncius, Praedecessor Noster, insistendo debitae informationi, constituoque sibi, quod istis in locis non posset inveniri, qui praedicti defensoris munere sat apte fungatur, nec ex pecuniariis multis facile posse suppetere, quod iis salarii nomine assignetur, imo homines istius plagae ob extremam, qua laborant, ut plurimum inopiam impares esse, ut in hujusmodi causis defensorem matrimonii ex aliis regionibus advocent, multoque minus possint ipsi ad superiora subsellia in gradu appellationis juxta praxim, a Sanctae memoriae Benedicto XIV, ut supra praescriptam confugere, mediante instrumento ex Cancellaria tribunalis Apostolici dietae Sacrae Nunciaturae, die vigesima quarta mensis Julii eodem anno millesimo septingentesimo septuagesimo quinto edito, tres Theologos et sacrorum canonum peritos, quorum assensus ad proferendam sententiam definitivam in hujusmodi causis matrimonialibus accederet, ad biennium deputavit, eoque biennio elapso prorogatio a nobis sub die septima Augusti anno millesimo septingentesimo septuagesimo sep-

лическимъ Нунціемъ въ Королевствѣ Польскомъ обрѣтающимся, на два года избираемыхъ, не будетъ мнѣнія и согласія, такъ какъ и помянутый знатнѣйшій и почтеннѣйшій П. Нунцій, предмѣстникъ нашъ, основываясь на надлежащемъ сообщеніи, и на отобранномъ свѣдѣніи, что въ рѣченныхъ мѣстахъ не можно сыскать челоуѣка такого, который бы вышеобъявленнаго стряпчаго должность порядочно исправлялъ, и денежные пени неудобно доставить могутъ; то чтобы оному, подъ именемъ жалованья, назначилосъ, жители жъ помянутыя страны, ради крайней, въ которой обрѣтаются, скудости, но большей части не въ силахъ по таковымъ дѣламъ изъ другихъ областей призывать ходатая по бракъ, а еще меньше по порядку апелляціонному прибѣгать къ высшимъ судилищамъ, въ сходственность вышерѣченнаго установленія блаженныя памяти Бенедикта XIV, инструментомъ изъ Канцеляріи Апостолическаго трибунала помянутой Священной Нунціатуры отъ 24 дня мѣсяца Юля того жъ 1775 года, трехъ

timo pariter ad biennium earundem facultatum subsecuta fuit. Cumque spatium hujusmodi biennii jam effluxerit et nomine Illustrissimæ et Reverendissimæ Dominationis Vestrae pro eorundem Dominorum Theologorum prorogatione seu aliorum deputatione reverenter apud Nos institutum fuerit: Nos ideo attendis praemissis aliisque etiam gravioribus causis, utentes facultatibus tum a Sacra Congregatione de propaganda fide, tum a Summo Pontifice Nobis hac de re benigne concessis, ac de prudentia, zelo atque doctrina admodum Reverendorum Dominorum Canoniorum Archiepiscopalis ecclesiae Mohiloviensis Mohiloviae pro tempore residentium plurimum in Domino confisi, auctoritate Nobis, ut supra specialiter tributa, et ad formam praerescensiti Pontificii rescripti eosdem expresse nominamus, deputamus et delegamus ad hoc, ut eorum accedente voto atque assensu Illustrissima et Reverendissima Dominationo Vestra easdemmet causas summarie et absque defensoris interventu, quatenus haberi non possit judicare queat et valeat. Monitos tamen esse volumus, imo ex speciali jussu Sanctissimi Pa-

Богослововъ въ церковныхъ законахъ искусныхъ, коихъ бы согласіе къ учиненію опредѣлительнаго приговора въ подобныхъ брачныхъ дѣлахъ достаточно было, на два года нарядилъ, и по истеченіи сихъ двухъ лѣтъ, отъ насъ въ седьмый день Августа 1777 года равномерно на два года распространіе оныя жъ власти воспослѣдовало. И поелику равное двухъ-лѣтнее время уже нами прошло, и отъ имени вашего замѣнитѣйшій почтеннѣйшій Господинъ о уполномоченіи тѣхъ же Господъ богослововъ или жъ нарядженіи другихъ почтительно, учинена намъ просьба; того ради мы, уважа предшествующее и другія важнѣйшія причины, и употребляя мочь, какъ отъ священной Конгрегациі распространіенія вѣры, такъ и отъ Папы намъ благосклонно на сіе данную, да и на благоразуміе, ревность и ученость преподанныхъ Господъ Канониковъ Архiepiscopской Могилевской церкви, въ Могилевѣ нынѣ обрѣтающихся, премного во Господѣ уповая, властію намъ, какъ выше помянуто, особливо сообщенною, и въ сходствіе вы-

tris commonefacere debemus tum Illustrissimam et Reverendissimam Dominationem Vestram, tum praedictos canonicos supranominatos ut in re gravissimi momenti qualis est matrimoniorum dissolutio, caute et cum debita maturitate procedant, ne, quod absit, ipsi separent legitime conjunctos, proindeque se magni criminis reatu obstringant. In quorum fidem etc. Datum Petropoli die 3 Februarii, juxta vetus Calendarium, 14 vero ejusdem mensis, juxta Gregorianum, anni 1784.

шеобъявленнаго Папскаго рескрипта, оныхъ именно назначаеъ, опредѣляеъ и избираеъ къ тому; да присовокупляющюся ихъ мнѣнію и согласію, въ знаменитѣйшій и почтеннѣйшій Господинъ, рѣченныя дѣла въ кратцѣ и безъ посредства стряпчаго, поколику его найти нельзя, судить можете и въ состояніи будете. Однако жъ разсуждаеъ за благо напомнить, да и по особливому его Святѣйшества повелѣнію напомнить долженствуемъ какъ вамъ, такъ и рѣченнымъ Каноникамъ, чтобъ въ преважномъ дѣлѣ, каковымъ есть разводъ браковъ, осмотрительно и съ достооджнѣмъ зрѣлымъ разсужденіемъ поступали, дабы, чего да не будетъ, не разлучили законно сопряженныхъ, и тѣмъ въ великомъ преступленіи себя не приличили. Во увѣреніи чего и дано въ Петербургѣ 3 дня Февраля по старому календарю, 14 же того мѣсяца по Григоріанскому 1784 года.

*Грамота о власти надъ монахами.*

Ioannes Andreas Archetti, ex Marchionibus Formigariae, Dei et Apostolicae sedis gratia Archiepiscopus Chalcedonensis, Pontificio solio assistens, Sanctissimi Domini Nostri Pii, Divina providentia Papae VI. Praelatus domesticus, ejusque et Sanctae sedis Apostolicae apud Augustissimam et Potentissimam Catharinam II totius Russiae Imperatricem Orator Apostolicus.

Illustrissimo et Reverendissimo Domino Stanislao Siestrzencewicz Archiepiscopo Mohiloviensi salutem in Domino sempiternam. Cum nuper Illustrissima et Reverendissima Dominatio Vestra a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa VI expostulaverit, ut decretum diei 6 Augusti anni 1778, quo regulares in provincia Albae Russiae degentes Episcopali regimini subiciebantur, prorogaretur, Nos, ut usque ad adventum Pontificiae responsionis eorundem regularium regimini consulatur, praefatum decretum ita prorogamus et extendimus, ut interim suum vigo-

Иоаннъ Андрей Аркетти изъ Маркизовъ Формигарскихъ, Божіею и Апостолическою милостию Архіепископъ Халкедонскій, присутствующій Папскому Престолу Святѣйшаго Государя нашего Пія Божіимъ промысломъ Папы VI, домовый Прелатъ и Его и Святаго Апостолическаго Престола при Августѣйшей и Державнѣйшей Екаторинѣ Второй, Императрицѣ Всероссійской, Апостолическій Посоль.

Знаменитѣйшему и почтеннѣйшему Г. Станиславу Сестривцевичу, Архіепископу Могилевскому, спасеніе отъ Господѣ вѣчное. Поелику недавно вы, знаменитѣйшій и почтеннѣйшій Господинъ, у пресвятѣйшаго Государя нашего Папы Пія VI, домогались, да продлится предписаніе отъ 6 дня Августа, 1778 года, кои монахи, въ Бѣлороссійской области жительствующие Епископскому подвергались правленію; то мы, чтобъ до полученія Папскаго отвѣта не оставить въ небреженіи правленія надъ оными мо-



rem et robur obtineat. Hanc autem praedicti decreti prorogationem ita intelligendam esse declaramus, ut ii solummodo sunt accipiendi pro regularibus, qui institutum aliquod regulare profitentur, quod Sancta Apostolica sedes approbat et admittit, ac pro regulari recognoscit. Caeteri enim omnes ecclesiastici provinciae Albæ Russiæ nullo penitus penitusque excepto, juxta sacrorum canonum dispositionem et Pontificias constitutiones Episcopali auctoritate ita sunt subjecti, ut nulla opus sit particulari facultatum concessione. Hanc itaque Nostram dispositionem praefatis regularibus harum tenore significamus, iisque sub praecepto sanctae obedientiae mandamus, ut eam reverenter excipiant, eique nullo modo contraveniant. Datum Petropoli die Februarii anni 1784.

нахами, помянутое предписание тако продолжаемъ и распространяемъ, дабы между тѣмъ временемъ свою силу и крѣпость имѣло. Сіе же рѣченнаго предписанія распространіе объявляемъ, такъ надлежитъ разумѣть, что тѣ единственно должны поступать почитаемы быть за монаховъ, кои какому-либо иноческому уставу слѣдуютъ, который священная Апостолическая столица подтверждаетъ и позволяетъ и за иноческіи признаетъ, ибо прочія Бѣлороссійскія области духовныя, отнюдь и никакъ не исключая ни одного по учрежденіямъ святыхъ церковныхъ правилъ и Папскимъ установленіямъ, Епископскому началю тако подвержены, что и въ никакомъ особенномъ власти сообщеніи не настоятъ нужды; потому и сіе Наше распоряженіе рѣченнымъ монахамъ чрезъ сіе объявляемъ и имъ подъ заповѣдью святаго повиновенія повелѣваемъ, да оное съ почтеніемъ пріемлютъ и никакъ не поступятъ вопреки. Дано въ Петербургѣ, въ  $\frac{12}{23}$  день Февраля 1784 года.

*Актъ о постановленіи Іоанна Бениславскаго Епископомъ Гадаренскимъ и Кoadьюторомъ Архіепископа Могилевскаго.*

Ioannes Andreas Archetti, ex Marchionibus Fermigarie, Dei et Apostolicæ sedis gratia Archiepiscopus Chalcedonensis, Pontificio solio assistens, Sanctissimi Domini Nostri Pii, Divina providentia Papæ VI. Praelatus domesticus, ejusque et Sanctæ sedis apostolicæ apud Augustissimam et Potentissimam Catharinam II. totius Russiæ Imperatricem, Orator Apostolicus.

Dilecto nobis in Christo Reverendissimo Iohanni Benislawski, Electo Gadarensi salutem in Domino sempiternam. Cum Catholicus grex, Verenabilis fratris Archiepiscopi Mohiloviensis curæ commissus, per varias Europæ atque Asiæ provincias, tam longe lateque diffusus, præter Alaiensem Episcopum pro partibus TransDunanis Suffraganeum, alterius Coadjutoris diligentem operam flagitare videatur, ethac in re Augustissimæ Imperatricis Ca-

Іоанъ Андрей Аркетти, възъ Маршиаовъ Формигарскихъ, Божіею и Апостолическія столицы мшлостію Архіепископъ Халкедонскій, Папскому престолу со-присутствующій, Пресвятѣйшаго Нашею Государя Піа VI, Божіимъ промышломъ Папы домашній Прелатъ, и его свадценія и Апостолическія столицы, при Августѣйшей и Державнѣйшей Екагеринѣ II, Императрицѣ всея Россіи, Апостолическіи Посолъ.

Возлюбленному Намъ во Христѣ почтениѣйшему Іоанну Бениславскому избранному Гадаренскому, спасеніе о Господѣ вѣчное. Поеліку Католическое Преосвященнаго брата, Архіепископа Могилевскаго попеченію ввѣренное стадо, по разнымъ Европы и Азіи областямъ обширно разсѣяно будучи, сверхъ Алаійскаго Епископа по лежащимъ за Двиною странамъ Викарнаго, другаго Ковальютора требующимъ является

tharinae II, favor et munificentia accesserit, Sanctissimus Dominus noster, cui sollicitudo ecclesiarum omnium incumbit, animarum saluti sollicite prospiciens Nobis commisit, ut perspectae Augustissimae Imperatricis voluntati morem gerentes, sacerdotem aliquem saecularem, probum et idoneum in Episcopum Gadarenses consecrarem, qui Coadjutoris officio apud eundem Archiepiscopum fungeretur. Te itaque, erga quem ejusdem Augustissimae Imperatricis Catharinae II, favor aperte se prodidit, ex Catholicis et nobilibus parentibus in diocesi Livoniensi natum, in quadragesimo nono tuae aetatis, et a sexdecim circiter annis in sacro presbyteratus ordine constitutum, ac post Theologica studia diligenter exacta, Doctoratus gradu insignitum, quem praeterea vitae probitas, honestas morum, spiritualium rerum prudentia, aliisque virtutum dona commendant, post emissam fidei professionem a Sancta Romana sede propositam in Gadarensis Episcopum eligimus, atque in Venerabilis fratris Archiepiscopi Mohiloviensis Coadjutorem constituimus, auctoritatemque impertimur, ut post-

радѣтельное стараніе, и на равное дѣло Августѣйшей Императрицы Екатерины II, благоволеніе и милосердіе простерлося; въ слѣдствіе того Пресвятѣйшій Нашъ Государь, на котораго промыслъ возложенъ о всѣхъ церквахъ, со тщаніемъ споспѣшествуя спасенію душъ, поручилъ Намъ, да усмотрѣнной Августѣйшія Императрицы волѣ повинуюся, какого-либо свѣтскаго Іерея, безпорочнаго и способнаго Епископомъ Гадаренскимъ посвятить, который бы домъ Кoadъютора при помянутомъ Архіепископѣ, исправлялъ и тако тебя, къ коему оныя Августѣйшія Императрицы Екатерины II благоволеніе оказалось явно, отъ Католическихъ и благородныхъ родителей въ Епархіи Лифляндской рожденнаго на 49 году твоего возраста и съ 16 лѣтъ въ священномъ Пресвитерства чинѣ обрѣтавшася по совершеннымъ прилежнымъ ученіямъ Богословскимъ, званіемъ докторскимъ украшеннаго, коего при томъ непорочность житія, честность нравовъ въ духовномъ званіи и другіе добродѣтелей дары отличаютъ, по произнесеніи клятвы священной Римскою

quam Episcopalem dignitatem solemnem consecratione consecutus fueris, tum Mohiloviae, tum in caeteris Latini ritus Ecclesiis, quae Mohiloviensi subsunt, jurisdictionem et ordinis gerere et Pontificalia obire atque exercere possis. Sed ut rectas ordo servetur ac dirigantur gressus Tui in viam pacis nunquam Tibi hac auctoritate uti licebit, nisi ipsius Mohiloviensis Archiepiscopi jussu, consensus aut permissio praecesserit. Jugum igitur Domini tuis humeris impositum prompta devotione suscipiens, ita quaeso in tam arduo munere te gerere studeas, ut praeter uberioram Sanctae sedis gratiam, coelestem illam immensae gloriae retributionem, quae iis qui erudiunt multos ad justitiam, promissa est, consequaris. Datum Petropoli die 23 Januarii juxta vetus Calendarium, 3-avo vero Februarii juxta Gregorianum 1784.

столицею предложенной, избираемъ Гадаронскимъ Епископомъ и Преосвященнаго брата Архіепископа Могилевскаго Коадьюторомъ поставляемъ и власть сообщаемъ, да тогда, когда Епископское достоинство торжественнымъ посвященіемъ приобщаешь, какъ въ Могилевѣ, такъ и въ прочихъ Латинскаго исповѣданія церквахъ чинаемыхъ къ Могилевской, можешь съ правомъ и съ чиномъ сообразно поступать и Архирейскій долгъ исполнять и исправлять. Но да должный соблюдается порядокъ, и стопы твои направляются по пути мира, николи тебѣ сію власть употреблять не позволено, безъ предварительнаго отъ онаго Могилевскаго Архіепископа повелѣнія, согласія, или дозволенія. И то слѣдственно Господнѣ на твои рамена возлагаемое съ послушнымъ смиреніемъ подъяема, тако молю въ толь высокомъ санѣ тщитися себя вести, да кромѣ обильнѣйшаго отъ священныя столицы милости Небеснаго онаго безпредѣльнаго славы воздаянія, обещаннаго тѣмъ, которые многихъ правдѣ поучаютъ, достигнешь.

Дано въ С. Петербургѣ, въ 23  
день Генваря по старому кален-  
дарю, въ 3 же день Февраля  
по Григоріанскому 1784 года.

## 7.

